This Copy is collated with Dr. John Denne's Archdeacon of Rochester, by Richard Husband A.M. minor Canon of Rochester, at the Request of me, Sam.l Pegge

N.B. Dr. Denne compared his Copy with the original in the Archives of this Church; & hereto added y.e Differences here transcribed.



GEO. CHALMERS ESQ.
F.R.S.S.A.

This Copy is collated with Dr. John Denne's Archdeacon of Rochester, by Richard Husband A.M. minor Canon of Rochester, at the Request of me, Sam.l Pegge

N.B. Dr. Denne compared his Copy with the original in the Archives of this Church; & hereto added y.e Differences here transcribed.



GEO. CHALMERS ESQ.
F.R.S.S.A.

Registrum Temporalium Roff: Fol: 1. b. vid: Cap: 40. P. 62.
Reg: Temp: Roff: Fol: 7. b. vid: Cap: 43. P. 66.
Fol: 7 b° Cap: 43. P. 68.
Fol: 4. a Ditto - vid Cap: 45: P. 68.
Reg: Temp: Roff: Fol: 6. b. vid: Cap: 47. P. 72.
Fol: 3. a. D°. vid Cap: 51: P. 79.
Fol: 5. a. D°. vid Cap: 52. P. 82.
Fol: 4. b. Ditto. vid: Cap: 55. P. 86.
Reg: Temp: Roff. Fol: 5. b. vid: Cap. 56. P. 88.
Fol. 3. b. D°. vid Cap: 58. P. 91.
Fol: 8. b Ditto: vid Cap: 59. P: 94.
Reg: Temp: Roff: Fol: 9. a. vid Cap: 60. P. 95.
D° Fol: 4. a. . . . vid Cap: 61. P. 96.
D° Fol: 3. a. . . . vid Cap: 63. P. 99.
D° Fol: 9. a . . . . vid Cap: 65. P. 102.
D°: Fol: 4. b. . . . vid Cap: 68. P. 106.
Reg: Temp: Roff. Fol: 9. a. vid: Cap: 74. P. 120.
D°. Fol: 10: b. . . . . vid Cap: 76. P. 129.
D°. Fol. 8. a. . . . . vid: Cap: 77. P. 130.
D° Fol: 6. b. . . . . vid Cap: 78. P. 135.
D°. Fol: 15. a. . . . vid: Cap: 85: P. 141. vide etiam Cartam hanc in Bibliothec: Cotton. Domitian D: X. 9. Fol: 108. b.
Reg: Temp. Roff: Fol: 122. a. vid: Cap. 86. P. 141.
D°. Fol: 122. b. vid: Cap: 88. P. 145.
D°. Fol: 106. a. vid Cap: 91. P: 149.
Cap: 93. P. 154. vid: hanc Cartam in Bib: Cotton. Domitian. A. X. 9. = = Fol: 117. b: 118. a.
Cap: 94. P. 155. vid: Cartam hanc in Bib. Cotton. Domitian = = A. X. 9. Fol: 118. b.
Cap: 95. P. 156. vid: Cartam hanc in Bib: Cotton. Domitian = = A: X. 9. Fol: 119.
Reg: Temp: Roff: Fol: 17. a. vid: Cap: 96. P. 157.
Cap. 97. P. 158. vid: Cartam hanc in Biblioth: Cotton. Domitian: = A. X. 9. Fol: 108. b.

Cap. 98. P. 158. Vid: hanc Cartam in Bib: Cotton. Domitian. A. X. 9. Fol: 118. a.

Cap. 99. Reg: Temp: Roff. Fol: 17. a. P. 159. Vid: hanc Cartam in Bibl: Cotton. Domitian A. X. 9. Fol: 108. b. Confirmat: ab Hugone filio. Fol. 138. b. 139. a. 199. b.

Reg. Temp: Roff. Fol: 15. a. P. 160. Cap: 100. Vide hanc Cartam in Bibl: Cotton. Domitian A. X. 9. Fol: 109. a.

P: 161. Cap: 103. Vide Cartam Concess. Decimar' de Godelinge a Pasano Vice Comite Surrege in Bibl: Cotton. Domitian A. X. 9 Fol: 141. b. 181. a. 20

P. 164. Cap: 111. Vide Cart: in Bib: Cotton Domit: A. X. 9. f. 15

P. 167. Cap. 121. Vide Cartam eliam W^mi filij Haymonis in Bib: Cotton. Domitian A. X. 9. fol: 133. b. 134. a.

P. 168. Cap. 122. Vide Cart. Hon. de Malesmains concedent totam decimam, viz Vitulor' & Porcellor'. Bib: Cotton. Domit'. A. X. 9. fol 157. b.

P. 169. Cap. 125. Vid: Cart. concedent decimas de Wyche Cantoria Eccles' S. And. Roffen' dat. ab Hamelino de Colum bieres. bib. Cott. Domit'. A. X. 9. f. 161. b.

P. 169. Cap. 126. Vide de Decim. de Honhorst concess' a W^mo de Llanvalai. bib: Cott. Domit'. A. X. 9. f. 159. b

P. 169. Cap. 127. Vide hanc Cartam in Bib. Cott. Domitian A. X. 9. fol: 102. b.

P. 170. Cap 128. Vid: hanc Cartam in Bib. Cott. Domit. A. X. 9. fol: 103. a.

P. 171. Cap. 129. Vid: Cart in Bib: Cott: Domit: A. X. 9. f. 105. a.

P. 172. Cap: 131. Vid: Cart: in Bib: Cott: Domit: A. X. 9. fol: 104. b.

P. 173. Cap: 132. Vid: Cart: in Bib: Cott. Domit: A. X. 9. fol: 128. b. 129. a

P. 174. Cap: 133. Reg. Temp: Roff. fol: 16. a. Vid: Cart hanc in Bib Cott: Domitian. A. X. 9. fol: 130. b. vide non eliam Cartam de Contentione circa Decimas de Elham. fol: 178.

P. 177. Cap: 146. Bib. Cott. Domit'. A. X. 9. fol: 205. b.

179. Cap: 150. Vid: Car: de his Decimis. Bib: Cott. Domit A. X. 9. Fol: 159.
179. Cap: 153. Vid: Cart: Concess: Decim: de Stales fold. A. D. de Monei. Bib: Cott: Domit: A. X. 9 fol: 141. b.
180. Cap: 156. Vid: Cart: hujus donationis in Bibl: Cotton. Domitian. A. X. 9. fol: 132. a. b.
183. Cap. 163. Vid. Cart: Bib: Cott: Domit: A. X. 9. fol: 133. a. b.
188. Cap: 173. vid: Cart: de hac Terra. Bib: Cott. Domitian. A. X. 9. f. 159. b.
191. Cap: 176. apud finem. Vid: Cart. de Decim' de Strambrock. Bib: Cott: Domit. A. X. 9. fol. 158. b. 205. b.
191. Cap: 177. Vid: Cart: Bib: Cotton Domit: A. X. 9. fol 106. b.
195. Cap: 182. Vid Cart: Bib: Cott: Domit. A. X. 9. f. 142.
198. Cap. 187. Hac Conventio confirm'. a Joanne Epo Roff. vid: Cart: Bib: Cott. Domit: A. X. 9. fol: 120. b.
201. Cap: 190. Vid. Cart. Bib: Cott. Domit: A. X. 9. fol: 131. b.
204. Cap: 196. Vid. Cart: Bib: Cott: Domit: A. X. 9. f: 125. a.
209. Cap: 199. Reg: Comp: Roff: fo: 11. a. 96. a.
211. Cap 200. Reg: Comp: Roff: f. 106. a.
213. Cap: 213. Reg: Comp: Roff: fol: 17. a. Vid: Cart: Bib: Cott. A. X. 9 Domit: fol: 107. 108.
214. Cap: 203. Vid: Cart: hanc, & sequentem in Bibl: Cotton. Domitian A. X. 9. fol: 181. b.
217. Cap. 207. Vid: de hac Terra Cart: Bartholo: Soliot. in Bib: Cotton: Domit: A. X. 9. f. 140: b.
224. Cap: 211. Vid: has tres sequentes Cartas in Bib: Cotton Domitian: A. X. 9. fol: 99–101.
235. Cap: 220. Vid: Cart: Bib: Cotton. Domit: A. X. 9. f. 144. b 145. b.

BRITISH MUSEUM

The writer appears to have been ... Leonard
of Rheinick. ... Henry Prof. Leibni. Aug. 6.

In primo folio manu recentiori, scriptum legimus.

Ad Ecclesiam Cathedralem Roffensem pertinens.

written in an old hand on the first Page.

Textus de Ecclesiâ Roffensi per

Ernulfum Episcopum.

This Volume was collected by Ernulfus, Bishop of Rochester, & by him intituled

Textus de Ecclesiâ Roffensi.

Hinc excerpsit E. B. (Edw. Browne ut credo) Excidium Troiæ: & in appendicem ad Fasciculum rerum expetendarum & fugiendarum contexuit 1688.

In proximo folio sic scriptum legimus.

Pinenden 112.

Venerandum hoc antiquitatis monumentum per integrum biennium desideratum, scriptore tandem detecto, ac restitutionem strenue negante, curæ Supremæ Curiæ, quam Cancellariam vocant, non exiguis hujus Ecclesiæ sumptibus, recuperavit: codici pristinum Domino curavit Gualterus Balcanqual hujus Ecclesiæ Decanus Anno post datum incarnatum 1633.

This is now pasted on the second folio: & is probably the hand writing of Dean Balcanqual. It is a new transcribed with the following N.B. This is written on the Wooden Cover of this Book and thence copied by. I. H. Dd. P. R.

John Harris Dd. Preb. of Rochester.

On the reverse side is the Alphabet in Saxon characters, written in a modern hand, and at the end of it are these initial letters. E.E. probably signifying, that they were transcribed by Elisabeth Elstob famous for her skill in Saxon learning.

There are also the Numeral Characters which page the Book transcribed with this marginal note in the hand writing, I think, of Dr Harris.

This shews these Arabic Characters to have been used here about the year 1115. when Ernulfus was consecrated.

1303.g.4.

BRITISH 3.0C62 MUSEUM

K. Ernulphus, Bp. of Rochester.
H-2-5

TEXTUS ROFFENSIS.

Accedunt,

Profeſſionum antiquorum
Angliæ Epiſcoporum Formulæ,
De Canonica obedientia
Archiepiſcopis CANTUARIENSIBUS præſtanda,
ET
LEONARDI HUTTENI *Diſſertatio*,
Anglice conſcripta, de Antiquitatibus
OXONIENSIBUS.

E Codicibus MSS. deſcripſit ediditque
THO. HEARNIUS.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO,
M. DCC. XX.





THO. HEARNIUS LECTORI.

§. 1. EX *ſententia cecidit, quod ad manus noſtras devenerit Textus Roffenſis, Regiſtrum ſane plurimi æſtimandum, diuque à viris eruditis deſideratum. Hoc autem beneficium acceptum referimus Joanni Anſtis, feciali doctiſſimo. Is nimirum in bibliotheca inſtructiſſima reperit adoleſcentis, cujus nuper mentionem fecimus, prænobilis, Dni. Edvardi Dering,*

Textus Roffenſis Apographum non abſque virorum clariſſimorum conſenſu edidimus.

ring, Baronetti. Quo facto, nihil prius in votis habuit vir, bonis litteris promovendis natus, quam ut mecum communicaret. Id quod tandem præstitit, libertate itidem concessa juris publici, si ita visum fuerit, faciendi. Nec quidem eandem libertatem denegavit adolescens ipse, cujus est peculium, præstantissimus. Priusquam tamen prelo mandare ausus fuerim, consultissimum esse duximus, Antistitis quoque Roffensis, viri sine dubio eruditissimi, & in dicendo non solum sapientis atque elegantis, sed etiam fortis, veniam in medium proferendi itidem impetrare. Ipsum itaque adiit fecialis egregius, quem supra commemoravi. Summa cum humanitate excepit Antistes præclarus, & postquam didicisset,

diciſſet, quale penes nos eſset Regiſtri hujus antiquiſſimi Apographum, repente nobiſcum de editione conſenſit, ut è litteris fecialis optimi collegi. Quinimmo tantum abeſt, ut temere hoc opus à nobis ſuſceptum eſſe ſuſpiceris, ut ſimul atque inſtitutum intellexerint alii etiam viri ingenio & doctrina celeberrimi, non tantum probarint, ſed & pro virili ſeſe promoturos eſſe promiſerint.

§. 2. *Hæc ſuccincte de conſilio noſtro. Nunc de Apographo, quo uſi ſumus. Hoc vero deſcripſit è Codice vetuſtiſſimo adoleſcentis, quem dixi, Abavus, D^ns. Edvardus Dering, Baronettus, antiquitatum noſtrarum non tantum ſtudioſiſſimus, ſed & earundem æſtimator peritiſſimus; quæ res ei omnium*

Apographum hocce è Codice vetuſtiſſimo deſcriptum.

nium popularium amorem ac reverentiam parere debebat. In hunc Codicem inciderat in ædibus cujusdam Doctoris Medicinæ. Hinc ad initium Apographi hanc notam ponendam curavit: Textus Roffenſis. Liber antiquiſſimus & digniſſimus, qui dudum eccleſiæ Roffenſi pertinuit, ſed hodie in manu . . . . . Leonard Medicinæ Doctoris. 1632. *Ceterum non alio fine exſcripſit vir clariſſimus, quam ut in lucem publicam emitteret, illis tamen reciſis, quæ vel alii jam antea ediderant, vel alii certe edere in animo habuerunt.*

Ea nos caute omiſimus, quæ & ipſe prætermiſit exſcriptor.

§. 3. *Exemplar igitur, de quo locuti ſumus, ſecutus, ea etiam omnia reſecui, quæ & ipſe omiſit exſcriptor. Nec me temere feciſſe,*

feciſſe, vel ſpem de memet conceptam fefelliſſe, quis, ut opinor, crediderit. In iis enim excudendis, quæ in Apographo ſuo prætermiſit, plus laboris, quam emolumenti, eſſe futurum, omnibus compertiſſimum erit, qui conſideraverint, Lambardi aliorumque antiquariorum libros (in quibus pleraque comparent Anglo-Saxonica) in manibus eſſe, illaque etiam, quæ vel ipſi rejecerunt, vel nos penitus negleximus, ab aliis exſpectari, qui forſitan, ſi ea edidiſſemus, ſeſe à nobis luſos eſſe quererentur. Nec quidem mihi perſuadere potui aliorum conatus litterarios impedire, ſatiſque habui ea præcipue divulgare, quæ ad rem faciunt diplomaticam; qua de cauſſa & ipſa quoque Judicia civitatis Lundoniæ

niæ *in hac noſtra editione deſunt, quæ fere omnia Latine habentur in Chronico Joannis Bromptoni, à Twyſdeno edito* [1].

Quamvis elegantia ſermonis Latini non ſit è Diplomatibus antiquis perdiſcenda, nemo tamen eo nomine ejuſmodi monumenta ſpernere debet.

§. 4. *Et quidem Diplomatum Chartarumque antiquarum ſtudium rem majoris eſſe momenti exiſtimo, quam ut eorundem lectores vel calumniis quis aggrediatur, vel etiam eorundem collectores viros eſſe pravi ingenii cenſeat. Ex adverſo mihi videtur, ejuſmodi homines ſummis eſſe laudibus efferendos. Atque has multos aſſecutos eſſe nemo diffitebitur, qui Spelmannos, Dodſworthium, Dugdalium, Mabillonium, alioſque in memoriam revocaverit. Verum hîc fortean quidam noſtrorum fabu-*

1. Apud Hiſt. Angl. Scriptores X. col. 852.

lam

lam adjicient, magis concinne factam, quam veram; tantam nimirum esse in quibusvis chartis antiquis barbariem, ut juvenes, præcipue nobilitatis primores, ab earum lectione arceri debeant. Quid enim, inquient, absurdius fingi, aut quid magis furiosum dici potest, quam ut juvenes, ingenii dexteritate, corporis viribus, forma, proceritate, aliisque naturæ blandimentis commendati, sese pulvere dehonestent, & è balbutie, aspero scilicet, insuavi & impolito sermone, vano & ridiculo labore laudes quærant? Equidem fatebor, multa in hujusmodi monumentis reperiri, quæ à sermonis Latini puritate atque elegantia abhorrent. Immo plura in iisdem deprehendi, quæ à Grammaticorum regulis sunt

aliena, nemo inficias ibit. Quinimmo quantæ ſtultitiæ ac dementiæ ſit Catonis & Ennii ſermonem potius amare, quam Ciceronis & Terentii, reliquorumque ſcriptorum delectu verborum inſignium? Sed hæc noſtra diſputatio non eſt de nitore ſermonis, ſed de rebus. Quiſquamne vero denegabit, has ſumma omnium cum lætitia excipi, quantumvis à monaſticis etiam ſcriptoribus memoriæ traditas, qui quanti æſtimetur Monaſticon Anglicanum compertum habuerit? Et tamen in Monaſtico perplures cernuntur errores grammatici, chartis ipſis non editoribus certe adſcribendi; uti & in eodem dictio fere eſt inconcinna, & neutiquam laudanda. Quod ſi res ipſo in Monaſtico comprehenſas ſpectes, illæ

re

re vera ſunt digniſſimæ quæ ſcriptis mandentur. Adeo ut rectiſſime fecerint editores, qui partes omnes regni ad chartas vetuſtas conquirendas perluſtrarunt, (eamque famam, quam ſperarunt, ex operibus in lucem prolatis ſibi compararunt.) Nec minus recte nos (ſi amicis fides, quorum tamen favorem ac benevolentiam ægerrime ferent nonnulli) qui quanta cura potuimus, Lelandum, Sprottum, aliaſque Antiquitatis reliquias, in quibus Textus Roffenſis Apographum Deringianum eſt numerandum, ab interitu vindicavimus, communi utilitate præcipue inducti, quam noſtræ anteponendam eſſe exiſtimavimus: & quamvis verba monaſtica ubivis mordicus teneamus, non tamen putamus juvenes

nobiles vel horridiores, vel aſperiores, vel etiam duriores ſeu oratione, ſeu moribus inde eſſe evaſuros: è contrario, auctores Monaſticos, aliosque mediæ ætatis ſcriptores, ipſis ſtudioſe, & diligenter tractandos, magnopere cenſemus; ut ſi forte bellorum diuturnorum (quibus ſcripta antiqua fere perduntur) viciſſitudines jura poſſeſſionum confuderint, & conventus hac de re indicatur, promptius quiſque proferre queat, quo jure ſua prædia teneat.

Nec quidem Apographum hocce Textus Roffenſis contemnendum eſt, ob exſcriptoris notulas.

§. 5. *Verum forte contemptui erit quibuſdam Textus Roffenſis Apographum Deringianum, quod tot exſcriptoris in eodem compareant notulæ, ab ipſo Textu vix diſcernendæ. Magnaque proinde contentione certabunt,*

bunt, ſatius fuiſſe hoc Apographum ſuppreſſiſſe, quam publico dare. Rem vero aliter ſe habere tibi certiſſimum erit, ſi memineris, exſcriptorem fuiſſe virum eruditiſſimum, ipſique nulla privati emolumenti ſpe fuiſſe decretum annotationes paullo prolixiores ac uberiores in Regiſtrum hoc ſcribere. Adeo ut notulæ marginales, (è quarum ſane numero ſunt clypei cum crucibus decuſſatis) lineæque ſub aliquibus vocibus in textu ductæ, ſint exſcriptoris; quas omnes ideo adjungendas cenſuimus, ne eruditorum quiſquam fidem noſtram ſuſpectam haberet, obtenderetve, exſcriptoris exiſtimationem apud nos vel pro nihilo, vel ſaltem pro ludibrio eſſe. Atqui in hiſce notulis illud ſcitu digniſſimum eſt, quod R. I. *vel*

R. In.

R. In. *ſive* R. *atramentum rubrum, vel, quod dicimus,* Red Ink, Bl. I. *atramentum nigrum, vel* Black Ink, *denotet. Accedunt noſtræ notulæ, quas ad imum paginæ poſuimus, atque fere ejuſmodi ſunt, ut ſphalmata, (ſi modo ſphalmata ſint dicenda) quæcunque occurrunt, in Apographo etiam exſtare indicent.*

Textus Roffenſis Auctor fuit Ernulfus Epiſcopus Roffenſis, vir optimus ac pereruditus, linguæque etiam Anglo-Saxonicæ fautor.

§. 6. *Ad Auctorem quod attinet, cenſeo cum eruditis* [1], *eum fuiſſe Ernulfum Epiſcopum Roffenſem, (quem cum Arnulpho concionatore perperam confundit Baleus* [2]*) hominem in primis ingenuum & gravem, planeque moribus antiquis, utpote qui ad cultus divini reique litterariæ curam*

1. Vide Appendicem ad hoc opus, Num. I. II. III. IV.
2. Vide Whartoni Præf. ad Part. I. Angl. Sacr. §. xxxv.

ſe

ſe totum convertit, omneſque acriter reprehendit, qui ad ludum laſciviamque intenti cupide ſe delitiis immerſerunt, & ad libidines legibus vetitas, deinde ad vim apertam latrociniaque prorupere; quod certamen tanto ipſi difficilius fuit, quanto majore animi propenſione atque impetu mortales in vitia præcipites ruunt, quam ad virtutem per arduum aſperumque, & velut difficilem clivum enituntur. His ſtudiis haud vulgare nomen, tam apud coævos quam apud poſteros, conſecutus eſt, in magna proinde veneratione habitus, & vivus & mortuus; ut omnes quidem boni viros venerari ſolent, nihilo morum probitate, quam doctrinæ laudibus minus admirandos. Quum vero ſtudia litteraria qua-

quadam infinita laude anteponeret aliis terreſtribus voluptatibus, linguam quoque Anglo-Saxonicam (ad quam aptus fuit à natura) à ſe colendam eſſe judicabat. Atque hanc operam eo magis neceſſariam eſſe videbat, quod jam in deſuetudinem abire cœperit hæc lingua, Normannis pro virili laborantibus, ut Gallica ab omnibus uſurparetur. Ernulfus igitur non tantum chartas lingua Latina conceptas collegit, ſed & quotquot ad Eccleſiam Roffenſem ſpectantes nanciſci potuit, lingua etiam Anglo-Saxonica conſcriptas; quibus & leges Anglo-Saxonicas adjecit, ad quarum certe normam tam Roffenſes, quam & alii gentis Anglicæ populi gubernari debebant. Neque defuerunt alii viri clari

clari, qui & linguam anteceſſorum, quatenus per tempora licuit, promoverent. In quibuſdam igitur cœnobiis eam docebant præceptores, eum in finem inſtituti, à quibus, ut à majoribus acceperant, tradenda erat. Atque hæc diſciplina ad ipſam uſque domorum Religioſarum everſionem perdurabat. De Schola certe Anglo-Saxonica in cœnobio Taviſtochienſi egerunt pro re nata hiſtorici; ejuſdemque hodie etiam indicia apparent, ut à viris fide dignis didici. Hac in Schola juventus lingua veterum imbui ſolebat gratuita bonorum aliquot hominum liberalitate, non certa pecunia familiis aliquibus indicta. Hæc diſciplina utinam revocaretur, & in hac certe re majorum inſtitutum nobis eſſet exemplo. Sed

fruſtra hoc exſpectandum, donec præmiis ad labores perferendos allecti atque invitati fuerint juvenes, indole præclara, pro cujuſque merito & dignitate, qui ſi hæc abſint excuſationes nectent. Quare ſi hæc ſtudia contemnantur, & magno publico malo neglecta jaceant, ſibi ipſis id divites imputent, quum in ſua cuique poteſtate ſit, linguam veterum Anglorum inſtaurare, ſibique ipſis laudes & honores, omniumque bonorum gratiam inde conciliare, qui quoties de hoc negotio ſermo inciderit, memoriam eorum honorifica mentione proſequentur, nominaque magna ambitione celebrabunt.

Ernulfi rebus geſtis tenebras offundere fruſtra conati ſunt nonnulli. Alphabetum Anglo-Saxonicum.

§. 7. *Quum tam diligens & ſanctus eſſet Ernulfus, ipſius rebus geſtis tenebras offun-*

offundere conati ſunt nonnulli, illi præcipue, qui Normannorum indolem probantes, ipſum odio habebant, quod linguæ Anglo-Saxonicæ operam daret. Sed fruſtra hæc maleferiati, ac ſcelerate callidi homines. Fuit certe, uti diximus, vir magnus, & ſingulari eruditione, & ſumma in patriam caritate, opuſque litterarium, quod in gratiam populariuum concinnavit, ad noſtra uſque tempora, Deo Optimo Maximo ita volente, pervenit, ejuſdemque auctoritas tantum apud noſtrates pariter atque alienigenas valet, ut inde ſæpiſſime teſtimonia trahant ſcriptores optimi, vehementerque lætentur, in fœda Codicum ſtrage non periiſſe. Adeo ut dolendum potius ſit, hac in re ullos ab ejus inſtitutis deflexiſſe, Anglorum-

que longe maximam partem linguæ anteceſſorum characteres ignorare. Nec deſunt (id quod manifeſtiſſimum eſſe videtur) hujuſmodi operum ſtudioſi, viri alioquin eruditi, qui & ipſi eorundem ſint imperiti, quorum igitur in gratiam (ad exemplum H. Spelmanni aliorumque) Alphabetum Anglo-Saxonicum hîc loci inſerendum curavi.

Figu-

Figura.	*Poteſtas.*	*Figura.*	*Poteſtas.*
A	A	a	a
B	B	b	b
C	C	c	c
D	D	ɔ	d
E	E	e	e
F	F	f	f
G	G	ʒ	g
H	H	h	h
I	I	ı	i
K	K	k	k
L	L	l	l
M	M	m	m
N	N	n	n
O	O	o	o
P	P	p	p
R	R	r	r
S	S	ſ	ſ
T	T	τ	t
U	U	u	u
W	W	ƿ	w
X	X	x	x
Y	Y	ẏ	y
Z	Z	z	z

Æ æ

Ð Th } Proprie reor pronuncianda ut Θ in Θεὸς, & *th* in *thing* Angl.—*Spelmannus.*

ð th } Proprie reor pronuncianda ut Θ in Θεὸς, & *th* in *thing* Angl.—*Spelmannus.*

þ Þ þ th } tanquam *th* in *that* vel *this*, ſed confunduntur hi characteres à ſcriptoribus. — *Spelmannus.*

ꝑ that

⁊ ⁊ and

· , comma

. : colon

ı ; ; ·̇ : . periodus.

---

1. Hæc prima nota (pariter atque ſecunda) occurrit etiam in Codicibus aliquot antiquis Latinis, ſpeciatim in Codice quodam perveteri Hiſtoriæ Apoſtolicæ, ſive vitæ S. Pauli carmine epico conſcriptæ, Auctore Aratore, penes Amicum ſingularem ac pereruditum Thomam Rawlinſonum, Armigerum. Vide Appendicem ad hoc opus, num. V.

§. 8.

Quod gratiſſimum fore cenſeo, tam Latinos quam & Anglo-Saxonicos Codices lecturis. Imo & uſui erit Anglicos etiam Codices conſulturis.

§. 8. *Alphabetum, quod dedimus, eo gratius fore auguror, quia hoc in opere characteres Anglo-Saxonici ſæpe miſti ſunt Latinis, id quod de aliis aliquammultis Codicibus eſt obſervandum. Hujuſmodi igitur Codices inutiles fere erunt characterum Anglo-Saxonicorum inſciis. Neque eſt quod dicas, operæ pretium non eſſe, eoſdem diſcere, vel etiam ob oculos habere, quum pauciſſimi exſtent libri Anglo-Saxonici lectu digni. Nam integri Codices Latini habentur, in quibus alii characteres non viſuntur. Inde & doctiſſimus Parkerus characteribus Anglo-Saxonicis, in ſua Aſſerii editione, uſus eſt, aliter atque Camdenus, cui forte in promptu non erant. Quid quod*

quod & omnes (quæcunque demum sint) reliquiæ Anglo-Saxonicæ magni plane sint æstimandæ, utpote dignissimæ quæ ab omnibus φιλαεχαίοις terantur, quantumvis jam nulli characteres Anglo-Saxonici in Codicibus Latinis deprehenderentur? Quinimmo & ipsi Anglici Codices, quorum vis ingens exstat, post Normannorum in hanc insulam introitum, usque ad cœnobiorum dissolutionem, Codicum Anglo-Saxonicorum adeo similes sunt, ut sæpissime tam verba, quam & ipsos characteres Anglo-Saxonum retineant. Atque id genus est Charta quædam, Anglice scripta, Henrici tertii, quam è pugillaribus nostris ad calcem operis hujus subnexui[1], *quippe è qua &*

1. Vide Appendicem, num. VI.

res

res geſtæ tunc temporis in publico regni ordinum conventu illuſtrari queant.

Byrchtrici & Ælfſwithæ teſtamentum, non tantum veteri noſtra lingua, ſed & hodierna, è Lambardo. Armillæ maximo in uſu apud Anglo-Saxones. Annuli amuletorum loco olim habiti, diverſi tamen ab illis, qui amoris erant inſignia.

§. 9. *Verum enimvero & eo nomine adponere viſum eſt Alphabetum, quod ejuſdem ope Byrchtrici & Ælfswithæ teſtamentum, lingua Anglo-Saxonica conſcriptum, cum ejuſdem verſione Latina expeditius poſſis conferre. Teſtamento hoc nihil id genus nobilius eſt apud Anglo-Saxonum reliquias: nihil, quod magis viſendum putes. Locum igitur primum jure optimo tenet inter res teſtamentarias in cl. Hickeſii Theſauro* [1] *linguarum veterum Septentrionalium, qui & verſionem itidem antiquam Latinam exhibuit.*

1. Diſſ. Ep. p. 51.

Quin

Quin & notavit [1] *Hickeſius, idem jam olim editum fuiſſe à cl.* [2] *Lambardo. id quod veriſſimum eſt. Sed verſionem Latinam miſsam fecit Lambardus, cujus tamen loco Anglicam dedit, hunc nimirum in modum:*

This is Birtricks and Elfſwithes his wyues laſt The Stile.
Ðiſ iſ Byꞥhtricef and Ælfſpyðe hiſ piſef nihſta
declaration,
teſtament, which they declared at Mepham, in their kinſefolkes
cpiðe. þe hi cpæðon on Meapaham. on heopa maga
witneſſe:
hearing: that was Wulſtan Vcca, and Wulfſie his bro- The wit-
ȝepitneſſeȝ þ pæſ pulfſtan Vcca, and pulfſie hiſ bꞥo- neſſes.
ther, and Syred Elfrides ſonne, and Wulfſie the blacke,
ðoꞥ, and ðiꞥed Ælfꞥiðeſ ſuna. and pulfſie ſe blaca.
and Wyne the prieſt, and Elfgar of Mepham, and
and pine pꞥeoſt. and Ælfȝaꞥ on Meapaham. and
Wulfey Ordeys ſonne, and Elfey his brother, and
pulfeh oꞥðeȝeſ ſuna. and Ælfeh hiſ bꞥoðoꞥ. and
Birtwar Elfrices widowe, and Britric her couſine, and
byꞥhtpaꞥa Ælfꞥiceſ laf. and bꞥyhtꞥic hiſe mæȝ. ⁊
Elfſtane the Biſhop.
Ælfſtan biſceop ⁊

Firſt, to his naturall Lord, one bracelet of foure ſcore The le-
Æꞥeſt hiſ cyne hlafoꞥð ænne beah on hundeahto- gacies of goods, and ornaments.

1. Diſſ. Ep. p. 50. 2. Perambulation of Kent, p. 492.

handknife
dagger
Markes of golde, and one hatchet of as.
tigan mancýſen goldeſ. and ane handſecſ on eal ſpa
muche: and foure horſes, two of them trapped: and two
miclan. and feopeſ hoſſe. tpa gefædede. and tpa
ſwordes trimmed, and two hawkes, and all his
ſpeſd gefetelſode. and tpegen hafocaſ. and ealle hiſ
hedgehoundes *Lordes wife*
houndes. *And to the Ladie* *one bracelet of*
headof hundaſ ⁊ And þæſe hlæfdian ænne beah on
palfrey
ſtede
thirtie *markes of golde: and one horſe to*
þſittigan mancuſan goldeſ. and ænne ſtedan. to
intreate *that this teſtament ſtande maye. And for his*
The Lordes conſent requiſite. fofeſpæce þ ſe cýde ſtandan moſte. And fof hiſ
aunceſtors *Rocheſter*
Legacies of landes, &c. *ſoule, and his elders* *to Sainct Androes two plowland*
ſaple. and hiſ ýldſena. into Sct. Andſee. tpa ſulung
at Dentun. *And they bothe for their ſoules and their el-*
æt denetune ⁊ And hio fof hiſe ſaple. and hýſe ýl-
ploughlande *thither*
ders, two at Longfield. *And to the ſame place, for them*
dſena. tpa æt langafelda ⁊ And þidef in fof hý
neckbracelet
thirtie markes of golde, and one collar of fourtie
ðſittig mancýſ goldeſ. and ænne ſpeof beah on feof-
markes, and a Cuppe of ſiluer, and
etig mancýſan. and ane Cuppan ſeolfſene. and
headband couered with golde
a halfe bend gilden. *And euerie yeere at their*
healfne bænd gýldenne ⁊ And ælce geaſe to heofa

mynde

rent corne and victuall
yeeres minde *from*
mynde two dayes ferme of Haſelholte: and
ȝemynde. tpeȝna daȝa ꝼeopme oꝼ Hæꝼlholte. and
from
two daies of Watringbery: and two dayes out of Berling,
tpeȝna oꝼ poðpingabepan. and ij. oꝼ bæplingan.
and two daies out of Herteſham. And to Chriſtes church
and ij. oꝼ Hæpigeapðepham ⁊ And to cpiſtep cipcan
Archebiſhop
60. markes of golde, thirtie to the Biſhop, and thirtie
lx. mancyꝼ golðep. xxx. þam biſcope. and xxx.
collar
to the Couent: And a necke bracelet of 80.
þam Hipoðe ⁊ And ænne ſpeop beaH on lxxx.
markes: and two cuppes of ſyluer, and the land
mancyꝼ. and tpa cuppan ſeolꝼpene. and þæt land
at Mepham. And to Sainct Auguſtine 30. markes
æt Meapahham. And to Sct. Auguſtine xxx. mancyꝼ
of golde, and two cuppes of ſyluer, and halfe a bend
golðep. and ii. cuppan ſeolꝼpene. and Healꝼne bænd
gilt. And the land at Darnt to Byrware for his Guift for
ȝylðene ⁊ And þæt land æt ðepentan bỳpHpapa Hiꝼ life.
life
daies: And after his dayes to Sainct Androes, for
ðæȝ ⁊ And æꝼtep Hipe ðæȝe into Sct. Andpee. ꝼop
auncetors
vs, and our elders. And Berling to Wulfee,
unc. and uncpe ẏlðpan ⁊ And Bæplingap pulꝼeſ:e
and he ſhall giue a thouſande pence to Sainct Androes for
and ſ:e ſelle. x. Hund peninga into Sct. Andpee ꝼop
vs, and our elders. And to Wulfſie Wateringbyrye,
unc. and uncpe ẏlðpan ⁊ And pulꝼpie poðpingabipap.

within that kindred. And to Syred Haſelholt, within that
innon þ ȝecỳnde ⁊ And ſỳꝑede Heſelholt innon þ ȝe-

A kinde of guift, in Taile.

kinred. And to Wulfey, and Elfey his brother Harte-
cende ⁊ And pulfeȝe. and Ælfeȝe hiſ bꝛeðeꝛ Heꝛiȝe-

demeanes
ſham, within that kinred, to Wulfee the inland, and
aꝛðeꝛham innon þ ȝecỳnde. to pulfeȝe þ inland. and

tenancie
to Elfey the outland. And to Wulfſtane Vcca, Walkenſtede,
Ælfeȝe þ ûtland ⁊ And pulfſtane uccan. polcneſtede

dagger
within that kinred: And a hatchet of three poundes.
innon þ ȝecỳnde ⁊ And an Hanðſecȝ on ðꝛỳm punðan⁊

church
And thoſe ten plowlands at Streiton to the mynſter
And þa tỳn Hỳða on ðtꝛettune into þæm mỳnſtꝛe
at Walkenſtede. And the land at Falcham, after
to polcneſtede. And þ land æt fealcanHam aftꝛe
Byrwares dayes, to Sainct Androes, for Elfrices
bỳꝛHꝛaꝛa dæȝe, into ðct. Anðꝛee. foꝛ Ælfꝛic
ſoule their Lord, and his auncetors, even as their will was.
Hiꝛe Hlafoꝛð. and Hiꝛ ỳlðꝛan. ſpa Heoꝛa cꝛiðe pæꝛ ⁊

life
And Brumley after Britwares daies to Sainct
And bꝛomleaH æftꝛe bꝛiHtꝛaꝛa dæȝe into ðct.
Androes, as Elfric their Lorde it bequeathed, for
Anðꝛee. ſpa Ælfꝛic Hỳꝛe Hlafoꝛð Hit becꝛæð. foꝛ

auncetors
him and his elders. And Snodland alſo to
Hine and Hiſ ỳlðꝛan ⁊ And ðnoðinȝeland eac into
Sainct Androes, after their daies, euen as Elfere it be-
ð. Anðꝛee æftꝛe Hiꝛe dæȝe. ſpa Ælfeꝛe Hit
queathed, being Elfrices father, and he afterwarde in the
becꝛæð Ælfꝛiceſ fæðeꝛ. ⁊ He ſeoððan on ȝe-

witneſſe

preſence
hearing
witneſſe of Edgiue the Ladie, and of Odo the Archebi-
pitneſſe Eadgife ðæne hlæfdian. and Odan Æncebiſce-
ſhop, and of Elfey Elfſtanes ſonne, and of Elfric his
oper. and Ælfeger Ælfſtanes ſunu. and Ælfnicer hir
brother, and of Elfnothe pilia, and of Godwine of Fac-
bnoðon and Ælfnoþer pilian. and godpiner æt fæc-
ham, and of Eadric of Hoo, and of Elfſie the prieſt of
ham. and Eadnicel æt ho. and Ælfrier pheoſter on
Croyden. And to Wulfſtane 60. *markes of golde to* Almes.
Cnogdæne ⁊ And pulfſtane lx. mancaſ golder to
60. *markes*
deale for vs and our elders: and other ſuch,
ðælanne for unc and uncre yldran. and oðer ſpilc
betweene God and them be it
to Wulfſie to deale, and haue they with God
pulfrige to ðælanne ⁊ and hæbban heom pið god
together, if they it do not. And to Wulfſie, Titæſey,
gemæne. gif hý hit ne don ⁊ And pulfrige týðicereg.
and ðam boc. innon þ gecýnde. ⁊ ij. ſpuran on
and the writing within that kinred: and two ſpurres of
iij. pundan ⁊ And ic bidde for godes luran minne
three pound. And I pray for Gods loue, my
deere
leefe Lorde, that he do not ſuffer that any man our The Lord
leoran hlaford. þ he ne þafige þ ænig man un- is prote-
turne aſide ctor of the
teſtament doe breake. And I praye all Gods friendes. tenants
cenne cride arende ⁊ And ic bidde ealle godes freond. will.
Betweene them and God be it
that they thereto helpe. Haue they it with God together,
þ hi ðerto fulſtan ⁊ hæbbe pið god gæmæne

that

mercifull
that it do breake, and God be to them alwaies mylde,
þe hit bnece, and goð sy him symle milde

keepe
that it holde will.
ðe hit healdan pille ⁊

Quid de hoc genere teſtamentorum ſit ſentiendum, legentium judicio relinquo. Admonendum tamen exiſtimavi lectorem, nihil magis in uſu fuiſſe apud Anglo-Saxones quam armillas; quas gerebant tam in collis, quam & in brachiis. Brachiis autem maxime inſerviebant, id quod ipſum indicat nomen Romanum. Ψέλλιον *etiam Græcorum utramque ſignificationem vendicat, ſcilicet ut armillas collis adfixas, pariter atque brachiales denotet. Neque mirum, hanc armillis brachia ornandi conſuetudinem valuiſſe apud Anglo-Saxones, qui ab ipſis acceperant Romanis,*

manis, qui Græcis aliisque orientalibus populis cum illam, tum alias consuetudines acceptas retulerunt. Armillæ plerumque virtutis signa erant; adeo ut iis dari solerent, qui fortitudine clari fuerunt, nonnunquam & illis etiam, quorum præclaris rebus vel cædes subditorum, vel nimium erga suos studium turpem notam inusserant. De amatoriis quoque armillis sæpe audimus, quæ tum demum feminis dabantur, si forte pulchritudine sua eximia maritorum juxta atque aliorum oculos perstringerent; adeo ut ea occasione omnes fere inter se invicem certarent, quo pacto tandem earum amorem sibi conciliarent, res etiam pretiosissimas oblaturi, si modo tantæ felicitatis participes esse liceret.

Atque

Atque inde factum, ut de virginibus eleganti forma tanta esset contentio, & ad earum benevolentiam devinciendam naves conscenderent, atque ad montes nescio quos aureos itinera facerent heroes lectissimi; juvenes nimirum fama rerum domi belloque gestarum insignissimi, dignissimique quibus ejusmodi virgines collocarentur, quippe qui hæc peragerent sævis tempestatibus utcunque jactati. Verum nostrum non est de variis armillarum generibus disserere. Hoc pro certo habeo, multas tanti fuisse ponderis, ut mirandum plane sit, eas gerere potuisse vel viros vel etiam feminas. Sed leviores efficiebat vis illa quam in iisdem inesse credebant plerique; qui ea de caussa in amuletorum numero censendas esse putarunt.

runt. At illas denique graviores fuiſse manifeſtiſſimum eſt, quas auro conſtitiſſe memoriæ prodiderunt antiqui, quales nimirum & haſce fuiſſe, de quibus in hoc ipſo, quod exhibuimus, teſtamento, ſatis liquet. Graviſſimi fuerunt & multi annuli aurei veterum; quos tamen eo lubentius geſtabant, quod & illos pro amuletis haberent, perinde ac ſi eorundem ope & beneficio inimicos ſine ulla fere difficultate vincere poſſent, omniumque amorem ac benevolentiam pro arbitrio ſibi conciliare; inſuper malos genios pellere, morbis mederi, & alia plura, quæ vix fidem mereantur, præſtare. Ejuſmodi annulos φαρμακίτας *&* γεγοντοδμφύες *appellarunt Græci; ſæpiuſque characteribus neſcio quibus magicis in-*

ſigniendos curarunt. Adeo ut exiſtimarem, annulos aureos in Dactylotheca Bodlejana, aliiſque in Dactylothecis ſine hujuſmodi characteribus, amoris, non virtutis, re vera fuiſſe inſignia, & tum quidem geſtos fuiſſe, quum luxu & mollitie perditi quaſi veteres non tantum minimis, ſed & omnibus digitis annulos geſtare conſueverint. in quibus annulis non raro etiam habemus amantium imagines; id quod de antiquorum tabulis & poculis eſt dicendum, ſi modo fides Oratorum Romanorum principi[1]. *Atque hæc de armillis & annulis in curioſorum gratiam.*

Quædam in Textu Roffenſi ab aliena manu, utpote poſt Ernulfi mortem adjecta.

§. 10. *Audiſti, lector, nos ſentire Ernulfum epiſcopum (ſummo ingenio hominem ac*

1. Ciceroni ſcilicet, ad initium libri V. de Finibus Bonorum & Malorum.

diſci-

disciplina, magnaque apud plerosque, ob sanctitatis opinionem, auctoritate) Textus Roffensis scriptorem, seu potius collectorem fuisse. Jam hoc commemorabo, & in medium proferam, senem ipsum fuisse quum contexuerit. Quod si hac de re disceptetur, nulla eruditis mecum, ut videtur, potest esse dissensio. Meminit [1] *Guilielmi* [Corbel vel Corbois] *archiepiscopi Cantuariensis, qui successit Radulpho* A. D. [2] M. C. XXII. *At Ernulfus noster diem obiit Martii* 15. *anno Salutis humanæ* [3] M. C. XXIV. *vitæ* LXXXIV. *Alia ingenii ac industriæ suæ monumenta reliquit. De his alii. Ad institutum nostrum maxime pertinet monere,*

1. P. 156. 2. Godwin. de Præs. Part. I. p. 97. 3. Whartoni Angl. Sacr. Part. I. p. 333.

nonnulla hoc in opere ab aliena esse manu, addita nimirum post mortem Ernulfi, id quod facillime colliges è temporum notatione. De iisdem quoque egit cl. Whartonus [1]. *Hactenus de Textu Roffensi.*

Textui huic Roffensi duos alios libellos subjunximus.

§. II. *Sed præter Textum Roffensem, binos hîc habes libellos, qui idoneis rerum æstimatoribus non possunt, ut opinor, non placere. Horum primus continet Professionum antiquorum Angliæ Episcoporum Formulas, de Canonica obedientia Archiepiscopis Cantuariensibus præstanda. Inveni inter chartas, quas mihi moriens legavit amicus præstantissimus Thomas Smithus, S.T.P. vir spectatæ eruditionis & probitatis. Ille è Codice egregio*

1. Præf. ad Angl. Sacr. Part. I. §. xxxv.

descri-

deſcribendum curavit. De ejuſmodi Profeſſionibus multa litteris conſignavit cl. Whartonus [1]. *Quinetiam & Sirmondus de hiſce rebus conſulendus eſt* [2]. *Ex iiſdem certe diſcimus, quantopere fugerint Hæreticorum dogmata antiqui, quantaque diligentia laborarint, ut diſciplina eccleſiaſtica ſervaretur, quæ tum ſane recte procedit, quum unanimes atque orthodoxi ſint epiſcopi cleruſque ipſis ſubditus. De hoc libello nihil habeo præterea dicere. In ſecundo, lingua vernacula contexto, de antiquitatibus tractatur Oxonienſibus. Scripſit Leonardus Huttenus, S. T. P. & Ædis Chriſti Canonicus, vir multijugæ eruditionis, & antiquarius eximius. Perplura in eo*

1. Præf. ad Angl. Sacr. Part. I. § xxii. 2. Concil. Gallic. Tom. 2.

exhi-

exhibentur, cum jucunda tum & scitu digna. Obiit autem Auctor antequam grassaretur bellum nuperum civile, longe quidem gravissimum, & quod Academias nostras non tantum vehementer concussit, sed & earum pene nomen delevit, nullique fere loco, neque sacro, neque profano, pepercit. Pleraque omnia è Twyno fuisse surrepta asseruit vir quidam [1] *industria clarus. Potius dixerim, ipsum virum diligentissimum, plagiarium fuisse, multaque nostro debuisse. Et quidem hac in re malevole locutum fuisse virum, quem innui (cui certe ingenii, judicii, & doctrinæ gloria Huttenus longe antecelluit) omnes fatebuntur, quicunque libellum cum Twyno conferre non*

1. Vide Appendicem ad hoc opus, num. VII.

gra-

gravati fuerint. Codicem MS. mecum communicavit amicus pererauditus, Joannes Thorpius, de Roffa, M. D. idem ſcilicet, quem olim in Lelando noſtro [1] *commemoravi. Is vero in gratiam noſtram mutuo accepit à Joanne Burmanno, A. M. viro docto, rerumque naturalium indagatoris, quoad vixit, ſummi Roberti Plotii, ad quem & ipſe Codex pertinebat, privigno. In hac Diſſertatione habuit Auctor Academiæ rationem, habuit Civitatis. Præſagit tamen animus, te ideo queſturum eſſe, quod libellus hicce ſit imperfectus, filumque orationis abruperit Auctor, quum jam de Collegiis ſcripturus eßet. Verum hac in re ſapien-*

1. Præf. ad Lelandi Itin. Vol. V. & VII. Item Not. ad Lelandi Itin. Vol. VII. p. 100.

tiſſime

tissime feciſse mihi videtur; quippe qui Collegiorum ſcrinia privata compilare noluit, judicavitque longe commodius eſſe hæc omnino præterire, quam inde invidiam ſibi concitare. Poteſt & illud addi, hujuſmodi de Collegiis Diſſertationem minime fuiſſe neceſſariam. Incredibile enim dictu eſt, quam multi de eorum magnitudine & pulchritudine ſcriptum reliquerint. Dum vero Antiquitatum Oxonienſium reliquias aliquot perlego, non minus lætum, quam inopinatum accidit, quod mihi oſtenſæ fuerint ſchedæ aliquammultæ ad Faſtos Oxonienſes ſpectantes, quas proculdubio operæ pretium eſt & pervolutare & conſiderare. Id quod facere aliorum eſſe munus arbitror. Quamobrem egomet ipſe ea duntaxat

taxat annectenda cenſui, quæ nuper mihi pro benevolentia ſua ſingulari tranſmiſit Polyhiſtor Cantabrigienſis, Thomas Bakerus, S.T.B. Hæc autem qualiacunque ſunt (nec tamen dubito quin auribus ſecundis ſis accepturus) in eorum numerum atque ordinem retulimus, quæ Appendicem [1] *conficiunt. Diſſertationi Huttenianæ nihil inſerendum duximus (notulas ſi excipias ad imum paginæ) præter conſpectus Reliquiarum Oſſeneiæ Auſtralis ac Septentrionalis, cura noſtra delineatos, ac æri inſculptos hoc ipſo anno* M. DCC. XX. *duabuſque tabulis comprehenſos, quarum poſteriorem debemus impenſis Amici ſummi Richardi Meadi, viri in re medica & in omnibus arti-*

1. Vide num. VIII. IX. X.

bus ingenuis excellentiſſimi, priorem ſumptibus juriſconſulti celeberrimi, nobiſque itidem amiciſſimi, Samuelis Meadi, Richardi fratris natu majoris. Aſt cœnobium & eccleſia Oſneiæ Auſtralis diruta ſunt ſoloque æquata, terraque, ubi poſita fuere, nunc aratris proſcinditur [1]. *Adeo ut conſpectus, quem diximus, Oſneiæ Auſtralis domicilia tantum exteriora, (vetuſtate etiam pene collapſa) piſtrinum nimirum, molendinum, atque id genus alia, exhibeat. Aliter dicendum eſſe de Oſneia Septentrio-*

1. I remember full well what happen'd not many years ſince to a certain Building, raiſed partly out of Stones brought from Oſney Abbey; many of the Foundations of which Abbey, (which had fine Walks, ſome of which may be now traced) were then dug up, as others have been ſince, particularly when the Soil on which the Abbey ſtood was firſt ploughed up, which was in the beginning of February $1\frac{17}{18}$. After the ſaid Building was raiſed to a conſiderable Height, of a ſudden a good part of it cleft from the reſt, fell down, and had like to have done conſiderable Damage. Vide p. 793. Ed. noſtræ Guilielmi Neubrigenſis.

nali

nali contendo. Jam enim præter domum capitularem, (pro ea enim habeo,) in cervisiarium mutatam, cœnobii pars non contemnenda superest, licet & ipsa etiam cervisiarii usibus inserviat. Utinam & superstes fuisset ipsa cœnobii ecclesia, pariter atque Elæ Longespe hic sita capella, aliæque partes cœnobii, nec easdem revellisset atque sustulisset manus sacrilega. id quod Elizabetha regnante aliqua ex parte contigisse conjecerim. Nam in loci quodam camino A.D. 1574. *legimus, sub qua nota & Leonardus Coxus, inquilinus nuperus,* 1711. *una cum litteris nomen suum designantibus sculpi voluit, eo scilicet tempore quando ipse caminus instauratus fuerit. Multa de inquilinorum infortuniis*

referunt viri fide digni, qui & ecclesiæ rudera aliquammulta (in quibus campanilis fundamenta numeranda) triginta circiter abhinc annis effoßa fuisse narrant. Dum vero de his agunt, mira itidem narrant de aliquibus sacrilegis, qui hîc loci fame omniumque rerum penuria laboraverint, quantumvis jam antea divites. Quid quod & à senibus audivi, magnam vim reliquiarum humanarum (ne quid dicam de saxorum ac tigillorum, vi ergatarum & sucularum huc tractorum, mole immensa) in utriusque Osneiæ cœmiteriis sæpius erui, & in easdem non raro fœde sæviri, non considerato, homines hîc sepultos fuisse in omni virtutum genere, ac in primis justitia & clementia, ac in egenos liberalitate memorabiles?

rabiles? Sed manum de tabula. Prævideo enim quid ſint dicturi ſacrilegii defenſores, nihil profecto eos morantes, qui fortunam templorum ac cœnobiorum avare & crudeliter ſpoliatorum lugent. Ceterum quicquid hoc rei ſit, tu, Lector, facillime expedies. Scribebam Oxonii in aula Edmundi III. *Non. Auguſti, A. D.* M. DCC. XX.

SUB-

SUBSCRIBERS

To this Work.

NB. *An Aſterisk is put before thoſe that ſubſcrib'd for Royal Paper, a Dagger after thoſe that ſubſcrib'd for ſeveral Copies.*

THomas Allen, M. A. Rector of Murſton and Kingſdown in Kent. †

John Anſtis, Eſq; Garter, Principal King of Arms.

Edward Arblaſter, Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.

* Richard Arundell, Eſq.

B

* Thomas Bacon, alias Sclater, of Catley near Linton in Cambridgeſhire, Eſq.

Thomas Baker, B.D. of St. John's-Coll. Cambr.

* Balliol-College Library.

Charles Battely, Eſq.

* Mr. Oliver Battely, Student of Chriſt-Church Oxon.

Hilkiah Bedford, M. A.

* John Baptiſt Belling, of Wincheſter, Eſq.

* John Blackbourne, M. A. †

Thomas Bold, Eſq. Student of Chriſt-Church Oxon.

Joſeph Bowles, M. A. chief Keeper of the Bodlejan Library, and Fellow of Oriel-Coll. Oxon.

Mr. William Bowyer, Printer.

Charles Brent, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

Oxon. and Rector of Heathorp in Oxfordſhire.

* John Bridges, of Barton near Kettering in Northamptonſhire, Eſq. Fellow of the Royal Society. †

Nathaniel Bridges, M. A. Rector of Orlingbury in Northamptonſhire.

* Ralph Bridges, M. A. Vicar of Southweald in Eſſex, and formerly Chaplain to the Right Rev. Father in God Henry (Compton) Ld. Biſhop of London.

* William Brome, of Ewithington near Hereford, Gent.

William Bromley (Junior) Eſq. Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.

Edward Burton, of the Middle-Temple, Eſq.

C

* The Honble. Benedict Leonard Calvert, Eſq.†

* Thomas Cartwright, of Aynoe in Northamptonſhire, Eſq.

* His Grace James (Bridges) Duke of Chandois.

* John Chicheley, of the Middle-Temple, Eſq.

* The Rt. Honourable the Earl of Cholmondley.

Robert Cholmondley, of Holford in Cheſhire, Eſq.

* The Honble. George Clarke, Eſq. LL. D. Member of Parliament for the Univerſity of Oxford, and Fellow of All-Souls-College in the ſame Univerſity.

* John Cotton, Eſq.

* Thomas Crowe, of London, M. D.

* The

D

* The Rt. Reverend Father in God Adam (Ottley) Lord Bp. of St. David's.
Thomas Deacon, of London, Priest.
* Henry Diston, Esq.
* Peirce Dod, M. D. Fellow of All-Souls-Coll. Oxon. †
Mrs. Anne Dodwell, of Shottesbrooke in Berks.
* The Honourable Brigadier James Dormer.
* Mountague Gerard Drake, Esq.
Richard Dyer, M. A. Fellow of Oriel-Coll. Oxon.
Sir Thomas Dyke, Baronet.

E

* The Right Reverend Father in God William (Fleetwood) Ld. Bishop of Ely. †
Edward Emes, M. A. Fellow of St. Mary Magdalen-Coll. Oxon.
Charles Eyston, of East-Hendred in Berks, Esq.

F

* Richard Foley, Esq. Prothonotary of the Common Pleas.
* The Rt. Honble. Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminster in Worcestershire.
* John Freind, M. D. F. R. S.
Richard Frewin, M. D.
Thomas Frewin, of Lincoln's-Inn, Esq.

G

Roger Gale, Esq. F. R. S.
Samuel Gale, Gent.
The Reverend Mr. Thomas Gibson of Queen's-Coll. Oxon.

Thomas

Thomas Girdler, D.D. Fellow of Wadham-Coll. Oxon.

* Thomas Goodman, M. D. Phyſician in ordinary to his Majeſty.

Richard Graves, of Mickleton near Campden in Glouceſterſhire, Eſq.

William Gray, Eſq.

Henry Gregory, M.A. Student of Chriſt-Church Oxon.

John Griffin, of Sareſden in Oxfordſhire, M.A.

* Sir Richard Groſvenor, of Eaton in the County of Cheſter, Baronet.

* Robert Groſvenor, of the Inner-Temple, Eſq.

* The Right Honble. Francis (North) Lord Guilford.

* The Honble. Francis Gwyn, of Ford-Abbey in Devonſhire, Eſq.

* Francis Gwyn, Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.

H

Anthony Hall, M. A. Fellow of Queen's-Coll. Oxon. and Rector of Hampton Poyle near Woodſtock.

George Harbin, M. A. †

* Philip Harcourt, Eſq. Gentleman-Commoner of Worceſter-College Oxon.

* The Right Honourable Simon Ld. Harcourt, Baron Harcourt of Stanton Harcourt in the County of Oxford.

* The Rt. Honourable Edward Lord Harley. †

* Edward Harley, Eſq. Gentleman-Commoner of Chriſt-Church, Oxon.

John Harriſon, M.A. Chaplain of Chriſt-Church, and Vicar of St. Mary Magdalen Pariſh, in Oxford.

John Harwood, LL. D. of Doctors Commons and F. R. S.

Samuel Hawes, M. A.

The Rt. Rev. Father in God, Philip (Biſſe) Ld. Biſhop of Hereford.

John Hill, M. A. Fell. of Queen's-Coll. Oxon. †

Thomas Hinton, M. A. Rector of Laſham in Hampſhire.

* William Hollwell, Eſq. Gent. Comm. of Chriſt-Church Oxon.

Thomas Houſton, Gentleman-Commoner of Chriſt-Church Oxon.

J

Mr. George James, Printer in London.

Robert Jenkin, D.D. Maſter of St. John's-Coll. and Margaret Profeſſor of Divinity in the Univerſity of Cambridge.

James Jennings, of Shiplake in Oxfordſhire, Eſq.

* Thomas Jett, Eſq. F. R. S.

* Maurice Johnſon, Eſq.

* James Joy, of London, Gent.

K

* William King, LL. D. Principal of St. Mary-Hall Oxon.

L

Gilbert Lake, B. D. Vicar of Chippenham in Wilts.

William

William Le Hunt, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

* Henry Levett, M.D. Phyſician to Sutton and St. Bartholomew's Hoſpitals London.

* Francis Lewis, Eſq.

J. Lewis, of Margate in Kent, M. A.

* The Right Honourable George (Lee) Earl of Litchfield.

Mr. Lock of Queen's-College Oxon.

* Charles Lyddell, Gentleman-Com. of Chriſt-Church Oxon.

* Richard Lyddell, Eſq.

M

William Maſter, of St. Paul's Covent-Garden Lond. Eſq.

* Richard Mead, M. D. F. R. S. †

* Samuel Mead, Eſq. †

John Merik, Eſq.

Charles Mordaunt, Eſq. †

* Richard Moſtyn, of Penbedw, Eſq.

* Sir Roger Moſtyn, Baronet.

John Murray, of London, Gent. †

* Robert Myddelton, of Chirke Caſtle in Denbigſhire, Eſq.

N

* The Rt. Honourable George (Cholmondley) Lord Newburgh.

* His Grace Thomas Holles (Pelham) Duke of Newcaſtle.

* Thomas Newey, D.D.

John Nicoll, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon. and ſecond Maſter of Weſtminſter School.

O

* The Rt. Honourable Robert (Harley) Earl of Oxford and Earl Mortimer. †

P

* Thomas Palmer, of Fairfield near Bridgewater, Eſq.

The Rev. Mr. George Phelps, Vicar of Marden Com. Heref.

* Walter Plummer, Eſq.

Matthew Prior, Eſq.

R

* Richard Rawlinſon, LL.D. of St. John's-Coll. Oxon. and F. R. S. †

* Thomas Rawlinſon, Eſq. F. R. S. †

Henry Raynes, LL. D. Chancellour of Litchfield and Coventry.

Sir Robert Rich, of Sunning in Berks, Baronet.

James Richardſon, M.A. Maſter of Blackheath School in Kent.

Richard Richardſon, of North-Bierly in Yorkſhire, M. D.

The Rt. Reverend Father in God, Francis (Atterbury) Ld. Biſhop of Rocheſter, and Dean of Weſtminſter.

S

Joſeph Sanford, M.A. of Bailiol-Coll. Oxon.

* Sir Thomas Sebright, Baronet. †

* Ro-

* Robert Shippen, D. D. Vice-Chancellour of the Univerſity of Oxford, and Principal of Brazen-Noſe-College.
Matthew Skinner, of Lincoln's-Inn, Eſq. Student of Chriſt-Church Oxon.
Sir Hans Sloane, Baronet, Fellow of the College of Phyſicians and of the Royal Society.†
George Smith, of the Middle-Temple, Gent.
* John Speed of Southampton, M. D.
*Sir John Stanly, Baronet.
Lewis Stephens, M. A.
* William Stratford, D.D. Archdeacon of Richmond and Canon of Chriſt-Church Oxon.
* William Stuart, D. D.
* The Rt. Honourable Charles (Spencer) Earl of Sunderland.
* Sir Philip Sydenham, of Brimpton D' Evercy in Somerſetſhire, Baronet. †

T

Mr. James Taylor.
Lewis Thomas, of London, Merchant.
* Timothy Thomas, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.
William Thomas, Eſq.
John Thorpe, of Rocheſter, M.D. †
Richard Topham, of Windſore, Eſq.
* Harry Trelawny, Eſq.
* William Trumbull, of Eaſt-Hamſtead Park in Berkſhire, Eſq.

Philip

V

Philip Vaughan, M.A. Fellow of St. Mary Mag. Coll. Oxon.

W

The Reverend Mr. Thomas Wagſtaffe.

* Robert Walter, Eſq.

Anthony Weſcombe, Eſq. †

Charles Wheatly, M. A.

John White, M. A. Student of Chriſt-Church Oxon.

* John Whiteſide, M. A. Keeper of the Aſhmolean Muſéum, and F. R. S. †

Browne Willis, of Whaddon-Hall in Buckinghamſhire, Eſq.

* The Right Honble. Heneage (Finch) Earl of Winchelſea.

* John Woodward, M. D. Fellow of the Royal Society, and Profeſſor of Phyſick in Greſham-College London. †

William Wright, of Offerton, in Cheſhire, Eſq.

* Hugh Wrotteſley, of Lincoln's-Inn London, Eſq.

5 0062

ERRATA.

Pag. 145. l. 9. pro *pomißa* lege *promißa.* P. 263. l. 12. pro *omipotens* l. *omnipotens.*

Advertiſement.

THE firſt Payment for this Book to Subſcribers was ten Shillings the large, and five Shillings the ſmall Paper. The ſecond Payment is to be the ſame with the firſt.

ſicut oculi. Si quis vulneratus fuerit in ſcapulis, ita ut jus exeat. XXX^ta. ſol⁻ emendet. Si quis lacertum alicui fregerit. XV^cim. ſol⁻ emendet. Si quis fregerit alicui utraque brachia. XXX^ta. ſol⁻ emend⁻ Et qui pollicem abſciderit. XXX^ta. ſol⁻ emend⁻ Si quis ungulam pollicis abſciderit quinque ſol⁻ emend⁻ Secundus digitus nominatur index, ſive demonſtratorius. pretium ejus. XV^cim. ſolidi. ungulæ ejus. V. ſolidi. Tertius digitus, qui nominatur impudicus; ejus pretium XII^cim. ſolidi, & ungulæ ejus. II°. ſolidi. Quartus anularis; pretium ejus XVII^tem. ſolidi; ungulæ ejus. IIII^or. ſolidi. Quintus auricularis; ejus pretium. IX^vem. ſolidi, ungulæ ejus unius ſol⁻
i. grin
Si quis vulneratur in ilio. XXX^ta. ſolidis emendetur. Quod ſi ultra fuerit perforatum: ad utrumque foramen. XX^ti. ſolidi, id eſt, pro uno foramine. XX^ti. ſol⁻ & pro alio ſimiliter. Si femur hominis perforatum fuerit. XXX^ti. ſolidis emendetur; & ſi fractum fuerit ſimiliter. Si tibia perforata fuerit ſub genu. XII^cim. ſolidis emendetur. Quod ſi ſuper genu fuerit. XXX^ta. ſolidis. Primus digitus pedis appretiatur. XX^ti.
ſolidis,

1. Sic.

ſolidis, ſecundus xv^cim. ſolidis, medius ix^vem. ſolidis, quartus vi. ſolidis, quintus v. ſolidis. Si quis in verendis ita vulneratur, ut non poſſit generare infantem: ejus pretium lxxx^ta. ſolidis emendetur. Si cui abſcidatur brachium, cum manu ante cubitum. lxxx^ta. ſolidis emendetur. Omne vulnus factum extra capillos, & ante manicas, & ante cubitum, & ante genu, habebit duplex pretium. Si aſſatura renum, quod Angli vocant Lænðebpæðe, omnino inciſa fuerit. lx^ta. ſolidis emendetur: ſi autem infixa fuerit. xv^cim. ſolidis emendetur. Si perforata fuerit. xxx^ta. ſolidis emendetur. Si quis vulneratur in humero, ſi vivere poteſt, emendetur ei. lxxx^ta. ſolidis. Si quis percuſſerit manum alterius deforis, ſi poteſt mederi, dentur ei. xx^ti. ſolidi; ſi autem dimidia abſciſa ſit. xl^ta. ſol. emendentur ei. Si quis coſtam hominis fregerit, cute integra, emendetur ei. x^cem. ſolidis. Quod ſi cutis fracta fuerit, & os inde extrahatur, quindecim. [Fol: 77. Si cui abſcidatur oculus, pes aut manus: iſta tria æquale pretium habent, ſcilicet. lxvi^ta. ſolidos, & ſex denarios, & terciam partem denarii. Si alicui abſcidatur crus uſque ad genu. lxxx^ta. ſolidis ei emendetur. Si quis abſciderit ſcapulas alterius. xx^ti. ſolidis emendet. Si autem ita percuſſus fuerit, ut os inde abſtrahatur. xv^cim. ſolidis ei emendetur. Si groſſus nervus inciſus fuerit, & mederi poteſt. xii^cim. [1] ſolidi e-

1. *F.* ſolidis emendetur.

mendentur. Si autem claudus fuerit propter inciſionem nervi, ita ut ſanari non poſſit. xxx^ta. i. minores ſolidis emendetur. Si delicatiores nervi inciſi fuerint. vi. ſol. emend. Si cui nervi & venæ ſuper collum ita incidantur, ut non poſſit collum erigere, & tamen ſic deformatus vivat, centum ſolidi ei dentur pro emendatione, niſi ſapientes majorem illi rectitudinem judicent.

Si quis alii arma ſua præſtiterit, & ille, cui præſtita ſunt, inde hominem occiderit: ipſe, qui arma præſtitit, tertiam partem pretii & forisfacturæ perſolvat; aut ſe purget, quod non fuit conſilium nec voluntas ejus.

Si canis hominem dilaceraverit aut occiderit, prima vice ille, cujus canis eſt, ei emendet. vi. ſol. & ſi pro hoc eundem canem paverit. xii^cim. ſolidos perſolvat. [1] Tertio vero vice ſi idem fecerit: dominus ejus. xxx^ta. ſol. emendet. Et quamvis canis in tali facto perierit, tamen emendatio perſolvatur. Quod ſi canis adhuc plura his mala peregerit, & ſupradictus dominus illum adhuc retinuerit: emend. plenum pretium ejus cui malum fecerit, ſive ſit violatio cicatricis, ſive ſit aliud.

Pretium hominis, quem ſuperius nominavimus, ceorlman, ſecundum legem Merciorum ſunt. cc^ti. ſolidi: liberalis hominis, id eſt, þegenes, pretium ſexies tantum, id eſt, duodecies.

1. *F.* tertia.

c. ſo-

c. ſolidi. Sexies autem tantum erit ſimplum pretium regis, hoc eſt. cc^{ti}.xx. lib^{s}. Tantum ſecundum juſticiam eſt pretium regis, ſed propter excellentiam regiæ dignitatis, convenit iterum tantundem dare. Parentes regis juſte debent habere ſimplum pretium ejus, & populus aliud.

Sacramentum liberalis hominis,quem quidem Angli vocant ᵹpelꝑehænðe, debet ſtare, & valere juramentum ſex villanorum, quia pretium ejus eſt, id eſt, pepeᵹelð, ſex villanorum.

Sacramentum presbiteri, regulariter viventis, tantundem valet, ſcilicet ſicut liberalis hominis, propter ſeptem eccleſiaſticos ordines. Septem enim dona ſunt Spiritus Sancti: & ſepties presbiteri & alii ſervi Dei in eccleſiis debent cotidie deum laudare, & pro populo Chriſtiano interv[e]nire. Et propterea quiſquis talibus nocere cupit, aut fecit, oportet eum ſeptupla emendatione illud emendare. Et ſi aliquis preſbiterum occiderit, excepto ejus juſto pretio pro uno quoque ordine. xx^{ti}. ſol$^{\overline{}}$ emendet, videlicet ad ordinem oſtiarii. xx^{ti}. ſol$^{\overline{}}$ Item ad exorciſtam iterum. xx^{ti}. ſol$^{\overline{}}$ & ſic per ordinem uſque tranſeat presbiteratum. Iſtæ ſeptem libræ pro ſeptem ordinibus erunt extra pretium, quod dicitur pepeᵹelð, & erunt juſte epiſcopi & pauperum.

[Fol. 78

Cap. 27.

R. I. Iſtæ ſunt conſuetudines regum inter Anglos.

Omnes rectitudines civitatum, & paſtum ſuum cum omnibus rebus quæ ad illum paſtum pertinent. Carta alodii, ad æternam hereditatem. Forisfactura alodii, & pretium eorum qui habent alodium, quando ita profunde forisfaciunt ſe ipſos. Forisfacta belli, quod Angli vocant ꝼeꝛꝺpiꝛe, in terra * omiu ſuorum. Paſtio proclamati exulis, quod Angli dicunt be bodenes vt laȝe. Paſtio etiam latronum latitantium in ſilvis, qui ſpoliant & occidunt alios, quos Angli vocant ꝼleman. Omnis latro extra proclamatus, vita aut pretium publici latronis, invaſio domus vel curiæ, quod dicitur piht hāꝼocne. ſi ille qui fecerit proclamatus fuerit extra terminos ſuos, tunc ſi venerit ad emendationem, rex illam habebit. Fractionem etiam pacis quod dicitur ȝꝛiþbꝛece, ſi pax ex parte regis præcipitur in comitatu vel in hundredo, qui poſt illam fregerit, regi emendabit. Emendatio fracti pontis in via regia. In terra omnium ſecundum antiquam conſuetudinem fractæ pacis eccleſiæ, emendatio erit communiter regis & epiſcopi. Et multas alias conſuetudines habet rex, quæ ſibi conveniunt.

* i. hominum.

Qui

Qui diviſionem habet juxta terram regis, claudat contra regem aut cuſtodiat, aut dilectione aut pretio adquirat ſi voluerit aliquam commoditatem in terra illa habere. Antiqua conſuetudo fuit, ut omnis eccleſiaſtica & ſecularis emendatio communis erat regi & epiſcopo. Hoc etiam debet quiſque ſcire, quia ſi pro aliqua forisfactura, quæ ad deum pertineat, accipitur pecunia ab epiſcopo, vel ab aliquo alio, epiſcopus debet eandem pecuniam diſtribuere eccleſiis & pauperibus. Comitis rectitudines ſecundum Anglos iſtæ ſunt communes cum rege: tertius denarius in villis ubi mercatum convenerit, & in caſtigatione latronum, & [1] comitales villas quæ pertinent ad comitatum ejus, & conſuetudines liberalium hominum dupplici-
ter [omnes habere, videlicet duplicem mundam, duplicem manbote, & forisfacturam; duplex etiam habere debet pretium, id eſt, pepe. In lege Cantia, eccleſia Chriſti & rex & archiepiſcopus habent ſimilem & æque carum deſpectum, quod Angli dicunt munðbjece. Et in illa lege pecunia archiepiſcopi undecies reddetur, pecunia autem regis non reddetur niſi novies. [Fol. 79.

Alius archiepiſcopus & filius regis de legali conjuge habent ſimilem ſecularem rectitudinem in multis rebus, hoc eſt, in deſpectu, in emendatione hominis occiſi, quod dicitur manbote, & in multis aliis diverſis rebus, id eſt, pepe pretio

1. Sic.

tio reddendo, & forisfactura utroque æque magnum & carum.

Epiſcopus & comes habent multas ſeculares leges æquales, & jam omnia olim idem habuerunt propter excellentiam ordinis, Epiſcopi inprimis eccleſiaſticam correctionem, & Chriſtianam dominationem ſuper omnes quos debent docere, & ante judicium Dei eos ducere & præire. In multis tamen locis ſecundum juſticiam in ſua propria terra & in ſuis villis debent habere conſtitutionem hundredi, quod Angli dicunt hundpæd ꝛetene, & pretium latronum infra Terminos eorum, & infectam invaſionem quod Angli dicunt vnpoꝛhtꝛe hamꝛocne, & toll, & team, & correctionem latronum, quouſque ſit condemnatus ad mortem. Sic etiam monetarios, & pundæper vel ponderatores, & loca judiciorum ferri aut aquæ, proprias menſuras & pondera, & multas varias conſuetudines, quas ſtatuerunt qui dei honorem amaverunt.

In Margine manu recenti: Vide Leges Saxonice in hujusce Codicis fol. 93.

× Antiqua lex Anglorum fuit, quod gens illorum & conſuetudines in honore tenebantur, & per conſilium dabantur cuique ſecundum menſuram cujuſque, comiti & villano liberali & ſubliberali. Et ſi villanus ita creviſſet ſua probitate, quod pleniter haberet quinque hidas de ſuo proprio [1] alodii, & [2] eccleſia propriā, & clocarium, & coquinam, & portam, ſedem & privatum profectum in aula regis: tunc de inde

ecclesiam

1. Sic. 2. *F.* eccleſiam.

erat

erat dignus honore liberalitatis, quod Angli dicunt ðegenrciper puꝑe. Si autem liberalis homo, id eſt, ðegen, ita profeciſſet, ut regi ſerviſſet, & vice ſua equitaret in miſſiatico regis; [1] his talis ſi haberet alium ſub ſe, qui ad expeditionem regis quinque hidas teneret, & in aula regis ſuo domino ſerviſſet, & ter nuntius domini ſui regem adiſſet; [1] his inquam talis de hinc poteſt pro domino ſuo præjurare juramentum, quod ſupra nominavimus ꝓop aþ, in diverſis rebus, ubicunque opus eſt. Qui autem talem non haberet, per ſemet ipſum id faceret, aut careret. Et ſi liberalis homo ita aſcendiſſet, ut comes fieret, habebat omnes rectitudines ſuas ſicut comes. Si mercator ter mare tranſiiſſet ſuo proprio ſumptu, talis de inde erat liberalitate dignus, quod dicunt ðegen þihter puꝑe. Ita etiam & clericus qui diſcendo tantum profecerat, ut ordines haberet, & in caſtitate Chriſto ſerviret: [1] his tunc judicabatur jure in omnibus liberalitatem habere debere. Et ſi contigerit aliquem nocuiſſe ordinato aut peregrino: tunc rex & epiſcopus juſte quam citius poſſunt hoc debent emendare.

Cornu bovis perſolvitur decem denariis, & vaccæ duobus denariis. Cauda bovis perſolvitur ſolido uno, & vaccæ perſolvitur quinque denariis. Oculus bovis perſolvitur quinque denariis, & vaccæ quatuor.

---

1. Pro, *ii.*

Cap. 28.

[Fol: 80-81. In Margine ab Ed: Dearing. Leginus Hujuſmodi Decreta ſunt in Archaionom: W. Lamb: P. 125.

[Leges Willelmi Regis, quas vide apud Wm. Lamb. pag. 125. atque in Seldeni Spicilegiis ad Eadmerum pag. 189.

Cap. 29.

[Fol: 82-87. Ex excerptionibus ex Decretis Pontificum, qualis Accusatores accipiantur & quales non accipiantur. RI.

[Decreta quædam Pontificum quales accuſatores accipiantur & quales non.

Cap. 30.

[Fol: 88-R.I. 93. (*) In apice fol: 80. Sic Scripſit: Leginus ab Ed: Dearing. Habentur fere omnia quæ ſub hâc Rubricâ ſequuntur in Chronico Jo: Brompton Cabinè Hiſt: Angl: Scriptores X Col: 852. & in Margine, An Leges hæ per Ethelbertum conſtitutæ: E. D. M. B. 1652.

[Judicia civitatis Lundoniæ.(*)

Memorand. 12. ſunt ibi capita, foliis quinque, Saxonica lingua, deſcriptu digna.

Cap. 31.

R.I. In margine, manu recentiori deſunt hæc in Chronico Jo: Brompton, ſed habentur in Concil: H. Spelman V: 1 p. 406 & in libro inſcripto The Treaſure of Antient & modern times. V: 1. P. 519. & Cabinè Fol: hujuſce Libri. 79. 6.

Be leoðe ȝeþineðum. ⁊ laȝe.

Hit pæȝ hpilum on Enȝla laȝum. þ leoð ⁊ laȝu þon beȝeþeniðum. ⁊ ða pæþon leoð pitan peonð ȝciper pýnðe ælc be hiȝ mæðe. Eonl. ⁊ ceonl. ðeȝen. ⁊ ðeoðen. ⁊ ȝiȝ ceonl ȝeþeah þ he hæȝ ðe ȝulice ȝiȝ hiða aȝeneȝ landeȝ. ciȝican. ⁊ kýcenan. bell huȝ. ⁊ buȝh ȝeat. ȝetl. ⁊ ȝunðeþnote on cýnȝeȝ healle. ðonne pæȝ he ðanon ȝonð þeȝen nihteȝ peonþe. ⁊ ȝiȝ ðeȝen ȝeþeah. þ he ðenoðe Lýnȝe. ⁊ hiȝ naðȝteȝne naðon hiȝ hineðe. ȝiȝ he þon hæȝðe þeȝen ðe

ðe him ꝑilizðe ðe to cinzeſ ut paꝑe ꝑiꝑ hiða hæꝑ-
ðe. ⁊ on cinzeſ ſele hiꝑ hlaꝑonðe ðenoðe. ⁊ ðꝑipa
mið hiꝑ æꝑenðe zeꝑone to cinze. ſe moꝑte ꝓÿððan
mið hiꝑ ꝓonaðe hiꝑ hlaꝑonð aꝑꝑelian æt miꝑtlicon
neoðan. ⁊ hiꝑ onꝑpæce zenæcan miðꝑihte. ꝑpa hpæꝑ
ꝑpa he ſceolðe. ⁊ ſe ðe ꝑpa zeðozenne ꝓon pÿnhtan
næꝑðe. ꝑꝑone ꝓon ꝓÿꝑne æꝑteꝑ hiꝑ ꝑihte oððe
hiꝑ ðoloðe.

⁊ zif þezen zeþeah þ he peaꝑð to eoꝑle. ðonne
pæꝑ he ꝓÿððan eoꝑl ꝑihteꝑ peoꝑðe.

⁊ zif maꝑꝑepe ze ðeah þ he ꝓepðe þꝑize oꝑeꝑ pið
ꝓæ be hiꝑ aꝥenū cꝑæꝑte. ſe pæꝑ þonne ꝓÿððan þezen
ꝑihteꝑ peoꝑðe.

⁊ zif leoꝑnepe zeþeh ðuꝑh laꝑe þ he haþ hæꝑðe.
⁊ þenoðe Xpe. ſe pæꝑ ðonne ꝓÿþþan mæðe. ⁊ munðe
ꝑpa micelꝑe. pÿꝑðe. ꝑpa ðæꝑ to ze bÿꝑeðe. buton
he ꝓoꝑ poꝑhte. þ he þæꝑe haþ note notian ne moꝑte.
⁊ zif ze puꝑðe þ man zehaðeðū oððe æl þeoðizum
ahpaꝑ ꝑeðeꝑoðe poꝑðeꝑ oððe peoꝑceꝑ. ðonne ze-
bÿꝑeðe cinze. ⁊ biꝑceope ðæt hiz þ bettan. ꝑpa hiz
naþoꝑt mihton.

Cap. 32.

Be peꝑ zÿlðe.

R. I.

[v. apud Lamb. in priſcis legibus. pag. 71.

[Fol: 94.

In Margine ab Ed: Seering.
Vide has Constitutiones apud W: Lamb. p. 71.

Cap. 33.

Be piꝑ manneꝑ bepeðdunze.

R. I.

In Margine, manu recen-
tiori.

Ꝥiꝑ man mæðan oððe piꝑ peððian pille. ⁊ hiꝺ ꝑpa
hiꝑe. ⁊ ꝑꝑeondan zelicize. ðon iꝑ ꝑihte ðæt ſe

Quæ sequuntur ad finem desiderantur apud Joh: Bromton. sed extant inter Leges Edmundi Regis apud Lamberitum, atq; Carmen Magicum, quod incipit ab istis, Gif seoh sÿ undep-
ſtumen &c.

Bryðguma æfter Godef rihte. ⁊ æfter porold ge-
ryrnu̅ æneft behate. ⁊ onpedde rylle ðam ðe hine
fop fpnecan rynd. ðæt he onða piran hine ge op-
nige ðet he hý æfter godef rihte healdan pille fpa
pæn hif pif fceal. ⁊ abopgian hif fpind ðæt. Æfter
ðam if pitanne hpam ðæt fortep lean ge býrige.
peddige fe bryðguma æft þæf. ⁊ hit abopgian hif
fpýnd. Don̄ rýðdan cýþe fe bryðguma hpæf fe
hine geunge pið ðam ðet heo hif pillan geceofe. ⁊
hpæf he hine geunge gif heo læng rý ðon̄ he.

Gif hit fpa gefopfpopd bið þon̄ if riht ðæt heo
rý healfef ýnfef pýnðe. ⁊ ealleſ gif hif cild gemæne
habban bute heo eft pæn ceofe. trymme he eal mid
pedde þæt þæt he be hate. ⁊ abopgian fpýnd þ. Gif
hý ðonne ælcef þingef fam mæle beon. ðon fon ma-
gaf to. ⁊ peddian heopa magan to pife. ⁊ to riht
life ðam ðe hine gifnde. ⁊ fo to þa̅ bopge fe ðe
ðæf peddef paldend rý. Gif hý man ðon̄ vt of lande
lædan pille on oðfef þegnef land. þon̄ bið hine næd
ðæt fpýnd ða fopfpopd habban[ðæt hine man nan
poh to nedo. ⁊ gif heo gylt gepýrnce ðæt hý moton
beon bote nýhft. gif heo næfð of hpam heo bete
æt ðam giftan fceal mæfre pfeoft beon mid rihte
fe fceal mid godef bletfunge heopa ge fomnung̃
s̄ s̄
g dephan on ealne g rundfulnefre. Fæl if eac to
pafnianne þæt man pite ðæt hý ðuph mægfibbe to
ge længe ne beon. þe læf ðe man eft tpæme ðæt
s̄
man æf apoh to fomne gðýðan.

Gif feoh fý vndef numen. gif hit fý hoff find
on hif feotefe. oðde on hif bridelf. Gif hit fý
ofef feoh find on þæt hoffec. ⁊ ontend þheo can-
dela. ⁊ dnýp on ðæt offec. pæx ðnipa ne mæg hit
ðe

[Fol. 95.

In margine, manu recentiori, Carmen seu Incantatio pro Pecudib⁹ fascinatis.

ðe manna ꝓop helan. Lir hit ꝛý inopꝼ ꝛinʒ on ꝓeopep healꝓa ðæꝛ huꝛep. ⁊ æne on middan.

Crux Chriſti reducat. Crux Chriſti per furtum periit: inventa eſt. Abraham tibi [1] ſanitas, vias, montes concludat, Job & flumina ad judicii ligatum perducat.

Judeaꝛ Xp̄i ahenʒan ðæt him com to pite. ꝛpa ꝛtꝓanʒum. ʒedýdon heom ðæda þa pýnꝛtan hý ðæt ðꝓoꝛe ꝓoꝛ ʒuldon hælon hit him to heaꝓme mýclum. ⁊ heo hit naꝓoꝛ helanne mihton.

Hit be cpæþ. ⁊ be cpæl ꝛe ðe hit ahte mid ꝓullan ꝓolc ꝓihte ꝛpa ꝛpa hit hiꝛ ýldꝓan mid ꝓeo. ⁊ mid ꝓeoꝓe ꝓihte beʒeatan. ⁊ letan. ⁊ læꝛdan ðam to ʒepealde ðe hý pel vþan. ⁊ ꝛpa ic hit hæbbe ꝛpa hit ꝛe ꝛealde ðe to ꝛýllanne ahte vnbꝓýde. ⁊ vnꝓoꝓboden. ⁊ ic aʒnian pýlle to aʒenꝓe æhte ðæt ðæt ic hæbbe. ⁊ næꝛꝓe ðæt ýntan ne plot. ne ploh. ne tuꝓꝛ. ne toꝛt. ne ꝓuꝓh. ne ꝓot mæl. ne land. ne læꝛe. ne ꝓepꝛc. ne mepꝛc. ne ꝓuhnepu. pudeꝛ ne ꝓeldeꝛ. landeꝛ ne ꝛtꝓandeꝛ. pealteꝛ ne pæteꝓeꝛ. butan ðæt læꝛte ðæ hpile ðe ic libbe. ꝓoꝓ ðam inꝛe tinan on liꝛe ðe æꝛꝓe ʒe hýꝓde ðæt man cpýdde oþþon cꝓaꝓode hine on hundꝓede oþþon ahpaꝓ on ʒe mote on ceapꝛtope oððe on cýꝓic paꝓe ða hpile ðe he liꝛde vnꝛac he pæꝛ on liꝛe beo on leʒeꝓe ꝛpa ꝛpa he mote. do ꝛpa ic læꝓe beo ðe be þinu. ⁊ læt ine be minu ne ʒýnne ic ðineꝛ ne lædeꝛ ne landeꝛ. ne ꝛace ne ꝓocne. ne ðu mineꝛ ne ðæꝓꝛt ne mýnte ic ðe nan ðinʒ.

Cap. 34.

[Inſtitutiones Henrici Regis.

R.I. [Fol. 96.

Anno incarnationis dominicæ. m. ci. Henricus, filius Willelmi regis, poſt obitum fratris

In margine, manu recentiori.

Habentur Inſtitutiones Hen. I. apud Matt. Paris p. 55. ab. E. B. ſcriptum.

1. F. *ſemitas.*

fratris ſui Willelmi Dei gracia rex Anglorum omnibus fidelibus ſalutem. Sciatis, me dei miſericordia & communi conſilio baronum totius regni Angliæ ejuſdem regem coronatum eſſe. Et quia regnum oppreſſum erat injuſtis exactionibus, ego, Dei reſpectu & amore quem erga vos habeo, ſanctam Dei eccleſiam inprimis liberam facio. Ita quod nec vendam, nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepiſcopo, ſive epiſcopo, ſive Abbate, aliquid accipiam de dominico eccleſiæ, vel de hominibus ejus, donec ſucceſſor in eam ingrediatur. Et omnes malas conſuetudines, quibus regnum Angliæ injuſte opprimebatur, inde aufero. Quas malas conſuetudines ex parte hic pono.

Si quis baronum comitum meorum, ſive aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit: heres ſuus non redimet terram ſuam, ſicut faciebat tempore fratris mei, ſed juſta & legitima relevatione relevabit eam. Similiter & homines baronum meorum juſta & legitima relevatione relevabunt terras ſuas de dominis ſuis.

Et ſi quis baronum, vel aliorum hominum meorum filiam ſuam nuptum tradere voluerit, ſive ſororem, ſive neptim, ſive cognatam, mecum inde loquatur. Sed neque ego aliquid de ſuo pro hac licentia accipiam, neque defendam ei quin eam det, excepto ſi[1] ea vellet jungere inimico meo. Et ſi, mortuo barone ſive alio homine meo, filia heres remanſerit: illam dabo conſi-

1. Sic.

conſilio baronum meorum cum terra ſua. Et ſi mortuo viro, uxor ejus remanſerit, & ſine liberis fuerit, dotem ſuam & maritationem habebit, & eam non dabo marito niſi ſecundum velle ſuum. Si vero uxor cum liberis remanſerit, dotem quidem & maritationem habebit dum corpus ſuum legitime ſervaverit, & eam non dabo niſi ſecundum velle ſuum. Et terræ & liberorum cuſtos erit, ſive uxor ſive alius propinquarius qui juſtius eſſe debeat. Et præcipio, ut barones mei ſimiliter ſe contineant erga filios & filias vel uxores hominum ſuorum.

Monetagium commune, quod capiebatur per civitates & comitatus, quod non fuit tempore regis Eduuardi, hoc ne amodo ſit omnino defendo. Si quis captus fuerit ſive monetarius, ſive alius cum falſa moneta, juſticia recta inde fiat.

Omnia placita, & omnia debita quæ fratri meo [debebantur condono, exceptis rectis firmis meis, & exceptis illis quæ pacta erant pro aliorum hereditatibus, vel pro eis rebus quæ juſtius aliis contingebant. Et ſi quis hereditate ſua aliquid pepigerat illud condono, & omnes relevationes quæ pro rectis hereditatibus pactæ fuerant. Et ſi quis baronum vel hominum meorum infirmabitur, ſicut ipſe dabit, vel dare diſponet pecuniam ſuam, ita datam eſſe concedo. Quod ſi ipſe præventus armis vel infirmitate pecuniam ſuam non dederit, vel dare diſpo- [Fol. 97.

diſpoſuerit, uxor ſua, ſive liberi aut parentes & legitimi homines ejus eam pro anima ejus dividant, ſicut eis melius viſum fuerit. Si quis forisfecerit, non dabit vadium in miſericordia pecuniæ, ſicut faciebat tempore patris mei vel fratris mei, ſed ſecundum modum forisfacti ita emendabit, ſicut emendaſſet retro à tempore patris mei in tempore aliorum anteceſſorum meorum. Quod ſi perfidiæ vel ſceleris convictus fuerit, ſicut juſtum fuerit, ſic emendet.

Murdra etiam retro ab illo die, [1] qua in regem coronatus fui, omnia condono. Et ea quæ amodo facta fuerint, juſte emendentur ſecundum lagam regis Eduuardi.

Foreſtas omni conſenſu baronum meorum in manu mea retinui, ſicut pater meus eas habuit.

Militibus qui per loricas terras ſuas defendunt, terras dominicarum carrucarum ſuarum quietas ab omnibus gildis & omni opere, proprio dono meo concedo, ut ſicut tam magno allevamine alleviati ſunt, ita ſe equis, & armis bene inſtruant ad ſervitium meum, & ad defenſionem regni mei. Pacem firmam in toto regno meo pono & teneri amodo præcipio.

Lagam Eduuardi regis vobis reddo, cum illis emendationibus quibus pater meus eam emendavit conſilio baronum ſuorum. Si quis aliquid de rebus meis, vel de rebus alicujus poſt obitum Willelmi regis fratris mei cepit, totum

1. Sic.

cito

cito ſine emendatione reddatur. Et ſi quis inde aliquid retinuerit, ille ſuper quem inventum fuerit, michi graviter emendabit. Teſtibus M. Lundoniæ epiſcopo, & Gundulfo epiſcopo, & Willelmo electo epiſcopo, & Henrico comite, & Sim̄ comite, & Waltero Giffardo, & Rodberto de Monfort, & Rogero Bigoto, & Henrico de portu apud Londoniam, quando fui coronatus.

Cap. 35.

Excommunicatio.

R.I. Fol. 98.

EX auctoritate Dei omnipotentis patris, & filii, & ſpiritus ſancti, & ſanctorum canonum, ſanctæque & intemeratæ virginis dei genitricis Mariæ atque omnium cœleſtium virtutum, Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, [1] poteſtatuum, Cherubin, ac Seraphin, & ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum, & omnium Apoſtolorum & Evangeliſtarum, & Sanctorum Innocentum qui in conſpectu agni ſoli digni inventi ſunt canticum cantare novum, & ſanctorum Martyrum, & ſanctorum Confeſſorum, & ſanctarum Virginum, atque omnium ſimul ſanctorum & electorum Dei, Excommunicamus & anathematiza-

vel os s vel os s

mus hunc furem, vel hunc malefactorem, N.

1. Sic.

&

& à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſequeſtramus,
vel i n
ut æternis ſuppliciis cruciandus mancipetur cum
Dathan, & Abiron, & cum his qui dixerunt do-
mino deo, recede à nobis, ſcientiam viarum
tuarum nolumus; & ſicut aquâ ignis extingui-
vel eorum
tur, ſic extinguatur lucerna ejus in ſecula ſe-
n
culorum, niſi reſipuerit, & ad ſatisfactionem
n os
venerit. Amen. Maledicat illum deus pater,
os
qui hominem creavit. Maledicat illum Dei fi-
lius, qui pro homine paſſus eſt. Maledicat il-
os
lum ſpiritus ſanctus, qui in baptiſmo effuſus eſt.
os
Maledicat illum ſancta crux, quam Chriſtus pro
noſtra ſalute hoſtem triumphans aſcendit.
os
Maledicat illum ſancta Dei genitrix & perpetua
os
Virgo Maria. Maledicat illum ſanctus Michael,
animarum ſuſceptor ſacrarum. Maledicant il-
os
lum omnes Angeli & Archangeli, principatus
& poteſtates, omniſque militia cœleſtis exer-
os
citus. Maledicat illum Pt riarcharum & Pro-
pheta-

os
phetarum laudabilis numerus. Maledicat illum ſanctus Johannes præcurſor & Baptiſta Chriſti
os
præcipuus. Maledicant illum ſanctus Petrus, & ſanctus Paulus, atque ſanctus Andreas, omneſque Chriſti Apoſtoli ſimul & ceteri diſcipuli, quattuor quoque Evangeliſtæ qui ſua prædicatione mundum univerſum converterunt. Male-
os
dicat illum cuneus Martyrum & Confeſſorum mirificus, qui Deo bonis operibus placitus in-
os
ventus eſt. Maledicant illum ſacrarum Virgi- [Fol. 99.
num chori, quæ mundi vana cauſa honoris Chriſti reſpuenda contempſerunt. Maledicant
os
illum omnes ſancti qui ab initio mundi uſque in finem ſeculi Deo dilecti inveniuntur. Male-
os
dicant illum cœli & terra & omnia ſancta in
i n n
eis manentia. Maledictus ſit ubicunque fuerit, ſive in domo, ſive in agro, ſive in via, ſive in ſemita, ſive in ſilva, ſive in aqua, ſive in eccle-
i n
ſia. Maledictus ſit vivendo, moriendo, manducando, bibendo, eſuriendo, ſitiendo, jejunando, dormitando, dormiendo, vigilando, ambulando, ſtando, ſedendo, jacendo, operando, qui-

eſcendo, mingendo, cacando, flebotomando.

i n

Maledictus ſit, in totis viribus corporis. Male-

i n i n

dictus ſit, intus & exterius. Maledictus ſit in

i n i n

capillis. Maledictus ſit in cerebro. Maledictus ſit in vertice, in temporibus, in fronte, in auriculis, in ſuperciliis, in oculis, in genis, in maxillis, in naribus, in dentibus mordacibus, in labris ſive molibus, in labiis, in gutture, in humeris, in harmis, in brachiis, in manibus, in digitis, in pectore, in corde, & in omnibus interioribus, ſtomacho tenus, in renibus, in inguinibus, in [1] infemore, in genitalibus, in coxis, in genubus, in cruribus, in pedibus, in articulis, &

i n

in unguibus. Maledictus ſit in totis compaginibus membrorum, à vertice capitis uſque ad

vel illis

plantam pedis, non ſit in eo ſanitas. Male-

os

dicat illum Chriſtus filius dei vivi toto ſuæ ma-

illos

jeſtatis imperio, & inſurgat adverſus eum cœlum cum omnibus virtutibus quæ in eo moven-

os n

tur, ad damnandum eum niſi penituerit, & ad

n

ſatisfactionem venerit. Amen. Fiat. Fiat. Amen.

1. Sic.

Ex-

Excommunicatio. R. I.

Auctoritate Dei patris omnipotentis, & filii, ſpiritus ſancti, & beatæ dei genetricis Mariæ, omniumque ſanctorum, & ſanctorum canonum excommunicamus, anathematizamus, & à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ ſequeſtramus illos malefactores N. N. conſentaneos quoque vel participes, & niſi reſipuerint, & ad ſatisfactionem venerint, ſic extinguatur lucerna eorum [ante viventem in ſecula ſeculorum. Fiat. Fiat. Amen. [Fol. 100.

Cap. 36.

[Ðiſ ỳſ Angel Cỳnneſ Cỳne Cỳnn þe hep ge meaſcoð iſ. R. I. [Fol. 101.

Adam pæſ ſe æreſta man. ⁊ he gefætnode Ðeð. ⁊ Ðeð gefætnode Enoſ. ⁊ Enoſ gefætnode Kainan. ⁊ Kainan gefætnode Malaleel. ⁊ [1] Maleel gefætnode Iared. ⁊ Iared gefætnode Enoch.

Æfteſ Enoch pæſ Matuſalam. þa pæſ Lamech. þa pæſ Noe. þa pæſ Sem. þa pæſ Ðcỳſ. ſe pæſ in ðam ancken geboran.

Ða pæſ Bedpig. ða pæſ Apala. ða pæſ Haþra. ða pæſ Iteſman. ða pæſ Heſemod. ða pæſ Sealdra. ða pæſ Beap. ða pæſ Teþra. ða pæſ Leata. ðe ne ða hæþena punþe don foſ god.

Ða pæſ Lodpulf. ða pæ Finn. ða pæſ Fniþepulf. ða pæſ Fnealaf. ða pæſ Fniþepold. ða pæſ Foden.

Ða pæſ Bældag. ða pæſ Bnand. ða pæſ Fniþegan.

1. Sic.

ðа pæȝ Fneapine. ðа pæȝ Fiȝ. ðа pæȝ Lepiȝ. oȝ ðam Bnittaȝ clýpeðan ðæt lanð Lepiȝ.

Ða pæȝ Eȝla. ðа pæȝ Eleȝa. ðа pæȝ Lenðic. ðа pæȝ Lneoða. ðа pæȝ Lýnnic. ðа pæȝ Leaplin. ðа pæȝ Luðpine. ðа pæȝ Luþa. ðа pæȝ Leolpolð. ðа pæȝ Lenneð. ðа pæȝ Inȝelð. ðа pæȝ Eoppa. ðа pæȝ Eaȝa. ðа pæȝ Ealhmunð. ðа pæȝ Ecȝbnýht. ðа pæȝ Aþulf. ðа pæȝ Ælfneð. ðа pæȝ Eaðpeanð. ðа pæȝ Eaðmunð. ðа pæȝ Eaðȝan. ðа pæȝ Æþelneð. ðа pæȝ Eaðponð.

Cap. 37.

L. Fol. 102. R. I. { L¹ Hæc ſunt genealogiæ per partes Britanniæ Regum regnantium per diverſa loca.

In margine manu recenti: Nota. Memd. Cantianos & Weſtſaxones placuit deſcribere, *viz.*

L. Fol. 103.

LÆþelbeȝt, Fihtneðinȝ.
Fihtneð, Ecȝbehtinȝ.
Ecȝbeht, Æȝconbehtinȝ.
Æȝconbýht, Eaðbalðinȝ.
Eaðbalð, Æþelbehtinȝ.
Æðelbeȝt, Eomnicinȝ.
Eomnic, Eoȝinȝ.
Eoȝe, Ocȝinȝ.
Ocȝa, Henȝeȝtinȝ.
Henȝeȝt, Fitanȝinȝ.
Fitta, Fiþȝilfinȝ.
Fiþȝilf, Fæȝðæȝinȝ.
Fæȝðeȝ, Foðinȝ.
Foðen, Fnealaȝinȝ.

1. Sic.

Eað-

Eadpeard, ⁊ Eadmund, ⁊ Æþelred Æðelingaſ ſýndon Eadgareſ ſuna Cýningeſ.

Eadgar Eadmunding.
Eadmund Eadpeding.
Eadpeard Ælfreding.
Ælfred Aþolfing.
Aþulf Ecgbýhting.
Ecgbriht Ealhmunding.
Eallmund Eaving.
Eava Eopping.
Eoppa Ingelding.

Ingeld pæſ Inæſ broþor peſt Seaxna Cýningeſ. ⁊ he heold riice vii. ⁊ xxx. pintra. ⁊ he getimbrade þ beorhteſtmýnſtep æt Clærtingbýrig, ⁊ æfteſ ðam ſýnde to Sce Petreſ ⁊ ðæſ hiſ ſeoſh afealde. ⁊ on ribbe geſeſt. ⁊ hi * begen broþra paſeon Cenredeſ ſuna. Cod: 104

* Forte, tpegen.

Cenred pæſ Ceolpalding.
Ceolpald Cuþing.
Cuþa Cuþþining.
Cuþþine Ceaplining.
Ceaplin Cýnricing.
Cýnric Cneoding.
Cneoda Cenbicing.
Cenbic Cleſing.
Cleſa Cſling.
Cſla Cegirling.
Cegir Pirſing.
Pirg Fneapining.
Fneapine Fneoþegaring.
Fneoþegar Branding.
Brand Bældæging.

Bældæg

Bældæg Fodening.
Foden Fnealaſing.
Fnealaſ Finning.
Finn Godulfing.
Godulf Eating.
Eata Teppaſing.
Teppa Beaping.
Beap Scealdpaging.
Scealpa Hepemoding.
Hepemod Hejmanning.
Hejman Hapfaing.
Hadna Hpalaing.
Hpala Bedpining.
Beadpig Sceafing.

Se Scef pæf Noef funu, ⁊ he pæf innan dæne eafce gebopen.

Noe pæf Lamechef funu. Lamech Maþufalemÿf. Maþufalem pæf Enochef. Enoch Iaped. Malalehel. Laino. Enof. Et Adam primus homo. Et pater omnium qui eſt Chriſtus.

Vide ad calcem hujus Libri P. 424.

Cap. [1] 40.

Fol. 119. R. I. INCIPIUNT [2] privilegia eccleſiæ Sancti Andreæ Hrofenſis conceſſa à tempore Ethilberhti regis, qui fide Chriſtiana à beato Auguſtino ſuſcepta, eandem Æccleſiam conſtrui fecit.

Regnante in perpetuum domino noſtro Iheſu Chriſto ſalvatore, menſe [3] Aprilio, ſub die IIII.

1. Sic. 2. Vide Mon. Angl. Tom. I. p. 27. 3. Sic. kl.

kl. Maias, indictione VII. ego Æthelberhtus Rex filio meo Eadbaldo admonitionem catholicæ fidei optabilem. Nobis eſt aptum ſemper inquirere, qualiter per loca ſanctorum pro animæ remedio, vel ſtabilitate ſalutis noſtræ aliquid de portione terræ noſtræ in ſubſidiis ſervorum Dei devotiſſima voluntate debeamus offerre. Ideoque tibi, Sancte Andrea, tuæque eccleſiæ, quæ eſt conſtituta in civitate Hroſi breui, ubi præeſſe videtur Juſtus epiſcopus, trado aliquantulum telluris [1] mei. Hic eſt terminus mei doni. Fnam ſuþgeate peſt and langeſ pealleſ oð noþþ lanan. to ſtnæte. ⁊ ſpa eaſt fnam ſtnæte oþ ðoððinȝ hỳnnan on ȝean bnað ȝeat. Si quis vero augere voluerit hanc ipſam donacionem, augeat illi dominus dies bonos. Et ſi præſumpſerit minuere aut contradicere, in conſpectu dei ſit damnatus & ſanctorum ejus, hic & in æterna ſecula, niſi emendaverit ante ejus tranſitum quod inique geſſit contra Chriſtianitatem noſtram. Hoc cum conſilio Laurentii epiſcopi & omnium principum meorum ſigno ſanctæ crucis confirmavi, eoſque juſſi ut mecum idem facerent. Amen.

in Margine, recentiori manu.

A. D. 610. data omnium antiquiſſima.

manu recentiori.

i. from Southgate weſt and longſt the walles to north lane, to ſtrete, and ſo eſt from ſtreete to Doddinghern lane, and then to Broad gate.

---

1. Sic.

Cap. 41.

R. I. De Stokes, quæ antiquitus vocabatur Andſcoheſham.

deest in Autographo } Edbert Rex ab anno. 726. ad an. 749.

deest in Autogr. } Alduulfus epiſcopus ab anno. 727. ad 740.

[Fol: 120

✠ IN nomine domini dei noſtri Iheſu Chriſti, ego Eadberht, rex Cantuariorum, donavi aliquam partem terræ pro remedio animæ meæ, atque indulgentia delictorum meorum, epiſcopatui beati Andreæ Apoſtoli, ac [1] venerabile viro Ealdulfo, ejus eccleſiæ antiſtiti, in regione quæ vocatur Hohg, in loco qui dicitur Andſcoheſham, id eſt, decem aratrorum, juxta æſtimationem provinciæ ejuſdem. Hujus [vero terræ poſſeſſionem ita prædicto epiſcopo largitus ſum, cum omnibus ad eam pertinentibus, id eſt, campis, ſilvis, pratis, piſcariis, ſalſilagine, atque omnibus utenſilibus ejus juxta notos terminos conſtitutos. Hoc quoque præcipimus, ut nullus præſumat propinquorum eorum vel ſucceſſorum eorum hanc donationem meam [2] minuere infringere quoquomodo. Si quis vero, quod non credimus, contra præceptum meum huic [3] donatione meæ malibolo animo contraire temptaverit, ſciat ſe in die judicii rationem deo redditurum, manentem tamen hanc cartulam nichilominus in ſua firmitate. Si quis vero magis defendere augere voluerit, addat deus bona ejus in terra viventium. Hanc quoque donationem meam

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic.

ego

ego Eadberht, rex Cantuariorum, propria manu confirmavi, & ſignum ſanctæ crucis infixi; teſtes quoque idoneos [1] cõmites meos confirmari & ſubſcribere feci. Ego Vilbaldus cõmites meos confirmari & ſubſcribere feci. Ego Dimheahac cõmites meos confirmari & ſcribere feci. Ego Hosberth cõmites meos confirmari & ſcribere feci. Ego Nothbalth cõmites meos confirmari & ſcribere feci. Ego Banta cõmites meos confirmari & ſcribere feci. Ego Ruta cõmites meos confirmari & ſcribere feci. Ego Tidbalth cõmites meos confirmare & ſcribere feci.

Cap. 42.

Quomodo Alduulfus petierit confirmari hanc donationem. R. I.

✠ IN nomine domini dei ſummi. Ego Alduulfus Epiſcopus inprimis penitus ignoravi, quod à Dorouernenſis eccleſiæ præſuli & rege, [2] hac Kartula confirmata eſſe debuiſſet, poſtea agnovi, & tam diligenter poſtulavi ab Archiepiſcopo Nothelmo, & rege Aethilberhto, præſidente meo largitore Eadberhto, ut ipſi manu ſua hanc donationem corroboraſſent: & ſic in [3] metropolitano urbe perfecte compleverunt. Actum menſe April. indic. VI. anno ab

738. Lect. mi autogr.

1. Sic. 2. F. *hæc.* 3. Sic.

incarnatione Chriſti DCCXXXVIII. ✠ Ego Nothelmus gracia dei Archiepiſcopus teſtis conſentiens ſubſcripſi Kanonice. ✠ Ego Aethilbertus rex præfatam donationem ſigno ſanctæ crucis confirmavi. ✠ Ego Beornheard teſtis ſubſcripſi. ✠ Signum manus Tunan. ✠ Signum manus Balthardi. ✠ Signum manus Eanberhti.

least in Autogr. ad tunc Regis Eadberti frater, & tamen Rex dictus.

CAP. 43.

R. I. De unius navis libertate.

✠ IN nomine domini dei ſalvatoris noſtri Iheſu Chriſti. Si ea, quæ quiſque præcipienda à deo mercede hominibus [verbo ſuo largitur & donat, ſtabilia jugiter potuiſſent durare, ſupervacaneum videretur, ut litteris narrarentur ac fulcirentur. Sed dum ad probanda donata, ad convincendumque volentem donata infringere, nichil prorſus robuſtius eſſe videretur quam donationis manibus auctorum ac teſtium roboratæ, non inmerito plurimi petunt, ut, quæ eis conlata dinoſcuntur, paginaliter confirmentur. Quorum poſtulationibus tanto libentius tantoque promptius conſenſus præbendus eſt, quanto & illis, qui precatores ſunt, utilior res ſecundum hoc viſibile ſeculum nunc impertitur; & illis, qui conceſſores exiſtunt, pro impertito opere pietatis uberior fructus ſecundum inviſibile

[Sol: 121.

bile poſtmodum tribuetur. Quam ob rem ego Ethilbaldus, rex Merciorum, præſentibus litteris indico, me dediſſe pro anima mea Alduulfo epiſcopo, eccleſiæque beati Andreæ apoſtoli, quam gubernat, unius navis, ſive illa proprie ipſius, ſive cujuſlibet alterius hominis ſit, incenſum, id eſt, vectigal, michi & anteceſſoribus meis jure regio in portu Lundoniæ uſque hactenus competentem, quemadmodum manſuetudinem noſtram rogavit. Quæ donatio ut inperpetuum firma & ſtabilis ſit, ita ut nullus eam regum, vel optimatum, vel teloniariorum, vel etiam juniorum quilibet ipſorum in parte, aut in toto in irritum præſumat, aut poſſit adducere, manu proprio ſigno ſanctæ crucis ſubter in hac pagina faciam, teſteſque ut ſubſcribant petam. Quiſquis igitur id, quod pro anima mea donavi, aut donatum eſt, illibatum permanere permiſerit, habeat communionem beatam cum præſente Chriſti eccleſia atque futura. Si quis autem non permiſerit, ſeparetur à ſocietate non ſolum ſanctorum hominum, ſed etiam angelorum, manente hac donatione noſtra nichilominus in ſua firmitate. Actum menſe [1] Septembrio die indictione ii. anno regni noſtri. XVII. ✠ Ego Ethilbald rex ſubſcripſi. ✠ Ego Danihel epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Signum manus Oba. ✠ Signum manus Sigibed.

in Margine manu recenti. Vectigal navis Lodoniæ ad Reges pertinebat.

1. Sic.

Cap. 44.

R.I. Confirmatio Beorhtuulfi regis Merciorum.

HOC etiam iterum confirmatum eſt à Beorhtuulfo, [1] regi Merciorum, in vico regali Uuerburgeuuic. Ego Berhtuulf, rex Merciorum, hanc meam donationem, & prædeceſſoris mei Aethilbaldi regis cum ſigno ſanctæ crucis confirmavi, his teſtibus conſentientibus, & quorum nomina hîc continentur, ad indulgentiam delictorum meorum [atque prædeceſſoris mei Aethilbaldi regis. Si quis autem ſucceſſorum meorum regum, aut principum, aut teloniariorum, hanc donationem noſtram infringere vel minuere voluerit, ſciat ſe ſeparatum à congregatione omnium Sanctorum in [2] tremendi die judicum, niſi prius digne emendaverit. Amen. ✠ Ego Berhtuulf rex Merciorum ſubſcripſi. ✠ Ego Ceolnod archiepiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Sedrid regina ſubſcripſi. ✠ Ego Celred epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Tatnoth epiſcopus ſubſcripſi. ✠ Ego Hunberth dux ſubſcripſi. ✠ Ego Mucel dux ſubſcripſi. ✠ Ego Hunſtan dux ſubſcripſi.

Cap. 45.

✠ IN nomine domini noſtri Iheſu Chriſti. Omnem hominem, qui ſecundum deum vivit, & remunerari à deo ſperat & optat, oportet, ut

762.

1. Sic. 2. Sic.

ut piis precibus aſſenſum hilariter ex animo præbeat. Quoniam certum eſt, tanto facilius ea, quæ quiſque à deo popoſcerit, conſequi poſſe, quanto & ipſe libentius hominibus recte poſtulata conceſſerit. Quo circa ego Sigiraed, rex Cantiæ, tibi venerabili Eardulfo epiſcopo, ut diligenter poſtulaſti, aliquam particulam terræ juris mei, id eſt, quaſi unius & ſemis jugeri, in civitate Hrofi, ad augmentum monaſterii tui æternaliter poſſidendam concedo ac deſcribo, cum omnibus ſcilicet ad eam pertinentibus rebus. Hæc autem terrula ab aquilonali parte monaſterii tui jacet. Et pertingit uſque ad ſeptentrionalem murum præfatæ civitatis, intra terras videlicet quas antea ab oriente & occidente poſſediſti, & ideo hæc tibi ſatis accommoda, quia in medio jacebat. Si quis autem contra hanc donationem meam aliquando venire invido malivoloque animo temptaverit, ſit in præſenti ſeparatus à communione ſanctæ æccleſiæ Chriſti, & in futuro à ſocietate Sanctorum omnium ſegregatus. Manentem hanc Kartulam in ſua ſemper firmitate ſigno dominicæ crucis roboravi, & idoneos teſtes, ut & id ipſum facerent, adhibui. Actum indict. xv. anno dominicæ incarnationis. DCCLXII. ✠ Ego Sigiraed rex Cantˢ. hanc donationem meam ſigno ſanctæ crucis roboravi. ✠ Ego Eadberht rex Cantˢ. conſentiens propria manu confirmavi.

Regis nomen regulis appropriatum.

mavi. ✠ Ego Bregouuine archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Aldhuun abbas ſubſcripſi. ✠ Signum manus Suuithuun. ✠ Signum manus Aethilhuun. ✠ Signum manus Eſni. ✠ Signum manus Egbaldi. ✠ Signum manus Uuighaad. ✠ Signum manus Bunan. ✠ Signum manus Heabeorhti. ✠ Signum manus Tūdheah.

Cod. Hal. 123

Fijdheah.

Cap. 46.

R. I. De paſcuis porcorum xii. gregum.

IN nomine dei ſummi. Multi quidem in hoc ſeculo conſtitutionem & narrationem antiquorum pro hujus vitæ favore & concupiſcentia depravare conati ſunt, qui iſtius ærumni ſeculi laudem quærunt, & multo magis hominibus placere quam deo diligunt, ſicut ipſe procurator, nomine Uualhhun, contra epiſcopum Hrofenſis eccleſiæ ſine intermiſſione congreſſum diſcrimini fecit, circa porcorum paſcua in [1] ſilba, quæ appellatus eſt Caeſtruuarouualth. Ic-

✠

circo Ego Earduulfus, rex Cantuariorum, conflictionem eorum ad nichilum redigo, quia coram teſtibus & optimatibus meis concedo ad eccleſiam [2] Sanctæ Andreæ, pro remedio animæ meæ atque meorum [3] patruum xii. greguum

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic.

por-

porcorum ad ſerbandum in publicis locis, id eſt, ut incoli nominandi dicunt. Holanſpic. alius Paetlanhryge. tercius Lindhryge. Hoc autem numerus XII. gregum in iſtis tribus partibus ſingulariter in uno quoque teneatur. Si quis vero, quod abſit, heredum meorum hanc donationem infringere aut minuere præſumat, ſciat ſe ab omnipotenti deo, & à ſanctorum Angelorum conſortio ſeparatum, & in æterna perditione damnatum, manente hac donatione mea, in ſua nichilominus firmitate perſeveret. Anno ab incarn Chriſti DCCLXII. indict^{s}. XV. ✠ Ego Earduulfus, rex Cantuariorum, ſupradicta omnia volens [1] confirmabi, & ſignum ſanctæ crucis impreſſi. ✠ Ego Cuthberchtus, gracia dei archiepiſcopus, ad petitionem Earduulfi epiſcopi conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Aethilberchtus, rex Cantiæ, conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Balthard conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Duunuualla ſubſcripſi. ✠ Ego Aethelhun ſubſcripſi. ✠ Ego Alidberht ſubſcripſi. ✠ Ego Ruta ſubſcripſi. ✠ Ego Folcuuine ſubſcripſi. ✠ Ego Uuiohtbrord ſubſcripſi. ✠ Ego Balthhard ſubſcripſi. ✠ Ego Badoheard ſubſcripſi. ✠ Ego Beagnoth ſubſcripſi. ✠ Ego Uualhhun ſubſcripſi.

Aldberht

1. Sic.

Cap. 47.

R.I. De Æſlingeham ſive Freondesberiam.

✠ Regnante inperpetuum Domino noſtro Iheſu Chriſto, ac cuncta mundi jura juſto moderamine regenti, Ego Offa, rex Merciorum, regali proſapia Merciorum oriundus, atque omnipotentis dei diſpenſatione ejuſdem conſtitutus in regem, conſiderans & recolens, quod vas electionis veraciſſimis innotuit verbis, quod iſtis temporibus inſtarent tempora periculoſa: iccirco unus quiſque de ſemet ipſo plenius poterit agnoſcere, quod quanto quis in hoc terreno habitaculo longiorem protraxerit vitam, tanto veraciora eſſe omnia quæ olim antiqui vates implenda eſſe prædixerunt. Iccirco neceſſarium duxi, ut, pro interceſſionibus plurimorum, pro venia meorum delictorum, & requie perpetua adipiſcenda animæ meæ, aliquid ex his, quæ michi largitor bonorum omnium Chriſtus dominus donare dignatus eſt, id eſt, terram aratrorum viginti in loco, cujus vocabulum eſt Aeſlingaham, quæ etiam jacet ad occidentalem partem fluminisMeduuuaeian,contigua [1] ipſo fluvio, cum univerſis terminis ſuis ad eam rite competentibus, cum campis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus, & aquis, ſicut olim habuerunt comites & principes regum Cantiæ,

[Fol. 124.

1. Sic.

&

& cum omni tributo quod regibus jure competit, tibi venerabili Earduulfo, ſanctæ Hrofenſis eccleſiæ epiſcopo, libenter inperpetuum perdono. Et hoc cum conſenſu & licentia archiepiſcopi noſtri Bregouuini atque Heaberhti regis Cantiæ, & principum noſtrorum, ut poſſidendi vel vendendi, vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat poteſtatem. Et quia pro ipſius terræ recompenſatione aliquam partem pecuniæ nobis fideliter, libenter optulit, ad promerendam non ſolum ſpecialiter michi à domino pietatem, ſed indulgentiam delictorum totius gentis noſtræ, humiliter dominicam exorantes clementiam, ut liberet nos à malignis ſpiritibus, & importunis & malis hominibus. Terminos vero hujus terræ ideo latius non ſcribimus, quia undique ab incolis abſque ullo dubitationis ſcrupulo certi ſunt. Quicunque vero ſequentium regum aut principum, aut aliquis ſeculari fretus poteſtate, hæc noſtræ definitionis ſcripta irrita facere, quod abſit, niſus fuerit, ſciat, ſe in præſenti vita domini benedictione eſſe privatum, & in [1] noviſſimo maledictione ſubjacere, ut à conſortio ſit ſeparatus Sanctorum, & cum impiis & peccatoribus flammis ultricibus eſſe damnandum, excepto ſi digna ſatisfactione emendare curaverint quod [iniqua temeritate depravarunt. [Fol: 125.
Manente hac cartula in ſua nichilominus firmitate, quam propria manu ſacro ſignaculo

1. Sic.

roborare curavi, & teſtes ut ſubſcriberent rogavi, quorum infra nomina aſſcripta tenentur. Scripta eſt autem hæc cartula in civitate Doroverni, anno dominicæ incarnationis. DCCLXIIII. ind. ii. ✠ Ego Offa, rex Merciorum, ſupra ſcriptam donationem atque emptionem ſigno ſanctæ crucis roboravi. ✠ Ego Bregouuinus archiepiſcopus, juxta petitionem clementiſſimi regis ante prædicti, conſenſi & ſcripſi. ✠ Ego Heaberhtus rex conſenſi & ſubſcripſi. Cohærent vero huic terræ in [1] commune ſaltu denberi. iii. Holanſpic, & Lindhrycg, & Pædanbrig. ✠ Ego Botuuini humilis abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus Eſne. ✠ Signum manus Uhtredi. ✠ Signum manus Broerda. ✠ Signum manus Eadbaldi. ✠ Signum manus Bertuualdi. ✠ Signum manus Bobba. ✠ Signum manus Cec. ✠ Signum manus Huuithyſe. ✠ Signum manus Eſne fratris ejus. ✠ Signum manus Badoheardi. ✠ Signum manus Egbaldi. ✠ Signum manus Suithhuni. ✠ Signum manus Eangeſli.

Berhtualdi.

Cap. 48.

R.I. Item de Aeſlingeham.

✠ IN nomine domini dei Salvatoris noſtri Iheſu Chriſti. Quanvis parva & exigua ſint, quæ pro [2] ammiſſis offerimus, tamen pius omnipotens

1. Sic. 2. Sic.

tens deus non quantitatem muneris, ſed devotionem offerentium ſemper inquirit. Qua de re ego Sigeredus, rex dimidiæ partis provinciæ Cantuariorum, tam pro animæ meæ remedio, quam pro amore omnipotentis dei, terram aratrorum. xx. quæ appellatur Aeſlingaham tibi reverentiſſimo epiſcopo Earduulfo ſanctæ Hrofenſis eccleſiæ, cum univerſis ad ſe pertinentibus campis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus & aquis, & cum omni tributo, quod regibus inde dabatur, in poteſtatem, cum conſilio & conſenſu principum meorum, libenter inperpetuum perdono, ut poſſidendi, vel habendi ſive vendendi, vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat poteſtatem. Sane quia cavendum eſt, ne hodiernam donationem noſtram futuri temporis abnegare valeat, & in ambiguum devocare præſumptio, placuit michi hanc paginam condere, & una cum ceſpite terræ prædictæ tradere tibi, per quam non ſolum omnibus meis ſucceſſoribus regum ſive principum, ſed etiam michi ipſi penitus interdico, ne aliter quam nunc à me conſtitutum eſt, ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant. Quod ſi qui forte obſervare neglexerint, & abſque digna ſatisfactione præſentis vitæ impleverint infelices dies, audiant vocem æterni judicis, ſub fine mundi dicentis ad impios, diſcedite à me, maledicti, in ignem æter-

num, qui præparatus eſt Diabolo & Angelis ejus. Qui vero curaverint cuſtodire, nichilque inrogarint adverſi, audiant vocem clementiſſimi arbitri, inquientis ad pios: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Adjectis. IIII. danberis in [1] commune ſaltu, hoc eſt, Uealdſeuueſtra. Billincgden. Cealcbyras. Meoſden. Rindigſel. ✠ Ego Sigeredus rex hanc donationem à me factam, ſignum ſanctæ crucis propria manu ſcribendo, firmavi coram Bregouuino archiepiſcopo. ✠ Ego Bregouuinus archiepiſcopus, ad petitionem donatoris ante prædicti, conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus Hereberhti abbatis. ✠ Signum manus Baere abbatis. ✠ Signum manus Bruno abbatis. ✠ Signum manus Aeſcuualdi presbyteri. ✠ Signum manus Ecghalch comitis atque præfecti. ✠ Signum manus Ealdhuuni. ✠ Signum manus Eſne. ✠ Signum manus Badohardi. ✠ Signum manus Aethelnodi.

danberis

Egbaldi

Cap. 49.

R. I. Confirmatio Eanmundi regis.

✠ EGO Eanmundus rex hanc piam donationem ſupra ſcriptam propria manu roborandam hoc ſignaculo ſanctæ crucis expreſſi, in loco cujus vocabulum eſt Godgeoceſham, præſente

1. Sic.

ſente venerabili archiepiſcopo Bregouuino & conſentiente, conſilio quippe atque conſenſu omnium optimatum & principum gentis Cantuariorum. ✠ Ego Jaenberhtus abbas conſentiens teſtis affui & ſubſcripſi. ✠ Ego Huuaetred abbas conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus Egeſnodi. ✠ Signum manus Balthhardi. ✠ Signum manus Aldhuni. ✠ Signum manus Uda. ✠ Signum manus Puda.

Cap. 50.

✠ IN nomine ſummi Salvatoris & domini noſtri, qui ubique diſponit omnia. Ego Ecgberhtus, rex Cantiæ, tibi Eardulfo, meo fideliſſimo miniſtro atque epiſcopo, tuæ peticioni aſſenſum præbui, cum conſenſu ſcilicet venerandi archiepiſcopi Genberti, qui michi in omnibus carus eſt, necnon & principum meorum, trado terram intra caſtelli mœnia ſupra nominati, id eſt, Hrofiſceſtri, unum viculum cum duobus jugeribus adjacentem plateæ, quæ terminus à meridie hujus terræ, quam tibi modo in præſenti poſſidendam habendamque, & cuicunque volueris te vivente ſeu moriente dare, æternaliter perdono. Si quis autem hanc donationem meam invido malivoloque infringere temptaverit animo, ſit ſeparatus in hoc ſeculo à participatione corporis & ſanguinis domini noſtri Iheſu Chriſti, & in futuro à cœtu omnium

Gonberhti

[Fol. 127.

omnium Sanctorum ſegregatus, niſi antea ſuam præſumptionem digna ſatisfactione correxerit. Manentem hanc Kartulam in ſua ſemper ſtabilitate, ſupraſcriptam donationem meam ſigno ſanctæ crucis Chriſti confirmare curabo, & alios religioſos viros ut & ipſum agerent adhibui, quorum nomina cum ſignaculis dominicæ crucis intra tenentur. Actum anno dominicæ incarnationis. DCCLXV. ✠ Ego Egeberhtus, rex Cantiæ, hanc donationem meam ſigno ſanctæ crucis roborare curabo. ✠ Ego Genberhtus, gracia dei archiepiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Badenoð epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Signum manus Uban. ✠ Signum manus Udan. ✠ Signum manus Aldhun. ✠ Signum manus Uuilheri. ✠ Signum manus Uualhardi. ✠ Signum manus Tymbel. ✠ Signum manus Coenberhti. ✠ Signum manus Balhardi. ✠ Signum manus Aethelnodi.

Egeberhtus

Genberhtus

R. I. Confirmatio Heaberhti regis Cantiæ.

✠ Ego Heaberhtus rex Cant. teſtis conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Aldberhtus abbas ſubſcripſi. ✠ Signum manus Eſni. ✠ Signum manus Badohardi. ✠ Signum manus Tidheah. ✠ Signum manus Baldhordi. ✠ Signum manus Eadberhti. ✠ Signum manus Hetraedi. ✠ Signum manus Beornulfi. ✠ Signum manus Heara.

Con-

Confirmatio Offæ regis Merciorum. R.I.

✠ Ego Offa rex Merciorum, ad peticionem Earduulfi epiſcopi, hanc donationem in monaſterio, quod [1] appellatus eſt Medyhaemſtede, præſidente abbate Botuuino [2] meo manu atque impreſſione ſanctæ crucis Chriſti corroboravi, & licentiam dedi habendi ſeu tradendi cuicunque voluiſſet. ✠ Ego Botuuine abbas conſenſi & ſubſcripſi.

recenti: manu Petroburg

Cap. 51.

De Hallingas. R.I.

IN nomine domini Salvatoris noſtri Iheſu Chriſti. Omnem igitur hominem, ſicut frequenter cœleſti magiſterio adhortante didicimus, qui ſub Chriſtiana religione vitæ cœleſtis præmia conſequi deſiderat, neceſſe eſt, [ut in præſenti pietatis inſiſtat operibus & terrenis rebus atque tranſitoriis, in quantum deo largiente ſufficiat ſibimet æterna mercat. bona, ſuaſque preces ad divinam pervenire clementiam cotidie citius per hoc faciat. Quod ipſe aliorum in ſuis neceſſitatibus libenter exaudiat, attentius reminiſcens, quod quibuſque religioſis poſtulationibus tanto libentius tantoque promtius conſenſus præbendus eſt, quanto & illis,

[Sol. 128.

mercatur

1. Sic. 2. Sic.

qui

qui precatores ſunt, utilior res ſecundum hoc viſibile ſeculum nunc impertitur, & illis, qui conceſſores exiſtunt, pro impertito opere pietatis uberior merces ſecundum inviſibile poſtmodum tribuetur. Quam ob rem ego Egberth, rex Cantiæ, tibi dilectiſſimo epiſcopo Dioran, atque tuæ eccleſiæ, quæ in honore Sancti Andreæ apoſtoli conſecrata eſt, pro remedio animæ meæ, cum conſenſu meorum optimatum atque principum, terram juris mei decem aratrorum, in loco ubi nominatur Hallingas, cum omnibus ſcilicet ad eam pertinentibus rebus, juxta terminos indigenis certiſſimos, cum campis, ſilvis, pratis, paludibus, piſcationibus, venationibus, aucupationibus, libenter tenendam poſſidendamque concedo. Ita ut quicquid de ea agere volueris, liberam per omnia inperpetuo poteſtatem teneas. Quiſquis igitur heredum ſucceſſorumque meorum hanc donationem meam augere atque amplificare voluerit, habeat beatam communionem in præſenti cum diligentibus domini, & in futuro perpetuam cum omnibus ſanctis. Quiſquis autem malivola mente de illa immutare aut imminuere temptaverit, ſeparetur à ſocietate non ſolum æternæ felicitatis omnium Sanctorum, ſed etiam in æterna pœna cum ſcelerum ſuorum crudelibus comparticipibus ſit condemnatus. At vero ut hanc donationem meam quilibet hominum aliquando non poſſit irritam facere, manu propria

& placitum fuit, accepit firmam ſuam in Uuldeham. & in aliis volebat ſimiliter facere, ſed iterum infirmatus eſt. Et quia infirmatus valde, miſit ilico ad archiepiſcopum Dunſtanum, ut veniret ad eum. Qui abſque mora venit ad eum, & locutus eſt ei in loco illo, qui vocatur Scelfa. Ibi coram archiepiſcopo fecit Ælfegus commendationem ſive diſtributionem omnium rerum ſuarum, & conſtituit unam partem eccleſiæ Chriſti Cantuariæ, & alteram partem eccleſiæ Sancti Andreæ, & terciam partem uxori ſuæ. Poſtea fuit quidam Leofsunu, qui uxorem Eadrici nepotis Ælfegi reſictam accepit ſibi in uxorem. Et per ipſam mulierem incepit frangere conſtitutiones Ælfegi, quas fecerat coram archiepiſcopo, & vituperare archiepiſcopum, & teſtimonium ejus irritum facere. Tandem multa ſtimulatus cupidine, cum illa muliere ſua, quaſi quadam ſecuritate illius uxoris ſuæ inductus, intravit in terras illas abſque conſilio & judicio ſapientum virorum. Quod ubi archiepiſcopus audivit, ſine omni mora induxit ſtatim calumniam proprietatis in omnem diſtributionem Ælfegi cui ipſemet affuit, & quæ per eum facta fuerat. Diem ergo placiti hujus rei conſtituit archiepiſcopus apud Erhetham, per teſtimonium Ælfſtani epiſcopi Londoniæ, & Ælfſtani epiſcopi Hrofeſceſtræ, & totius conventus canonicorum Lundoniæ, & totius conventus eccleſiæ Chriſti Cantuariæ, & omnium orientalium [Fol. 150.

&

In Margine manu recentiori Wulfius Presbyter. Judex Comitatus.

& occidentalium Cantiæ, & Uulffii presbyteri qui tunc vocatus Scirman, id eſt, judex comitatus,& Brihtuualdi de Mæreuurtha. Ad ultimum ita notificatum in Suðſeaxa, & in Weſtſeaxa, & in Middelſeaxa, & in Eaſtſeaxa, quod archiepiſcopus Dunſtanus cum libris eccleſiaſtici juris, & ſigno crucis Chriſti, quam ſuis manibus tenebat, ſui ſolius juramento acquiſivit in æternam hereditatem deo & ſancto Andreæ apoſtolo omnes terras illas, quas Leofsunu ſibi uſurpabat. Ipſum vero juramentum archiepiſcopi accepit Uulffi Scirman, id eſt, judex provinciæ, ad opus regis, quando quidem ipſe Leofsunu illud ſuſcipere nolebat. Inſuper ad hoc perficiendum fuit hoc quoque maximum adjumentum temporibuſque futuris maximum ſecuritatis probamentum, quod decies centum viri electiſſimi ex omnibus illis ſupradictis comitatibus juraverunt poſt archiepiſcopum in ipſa cruce Chriſti ratum & æternæ memoriæ ſtabile fore ſacramentum, quod archiepiſcopus juraverat.

Cap. 74.

De Bromleage.

R. I.

✠ IN nomine regnantis inperpetuum domini noſtri Iheſu Chriſti. Ego Eadgar, rex Anglorum ceterarumque gentium, conſiderans & recolens, quod etiam vas electionis veraciſſimis inno-

955. deest in Autographo.

innotuit verbis, quod in noviſſimis temporibus inſtarent tempora periculoſa; Iccirco unus quiſque de ſemetipſo plenius poterit agnoſcere, quod quanto quis in hoc terreno habitaculo longiorem protraxerit vitam, tanto veraciora eſſe omnia, quæ olim antiqui vates divinitus edocti implenda eſſe prædixerunt. Quod cernens ego neceſſarium duxi, ut per interceſſionem plurimorum pro venia delictorum meorum & requie æterna adipiſcenda animæ meæ, aliquid ex eis, quæ michi largitor bonorum Chriſtus dominus donare dignatus eſt. Hoc eſt, decem manſas, quod Cantigenæ dicunt. x. Sulunga, in illo loco, ubi jamdudum ſolicolæ illius regionis nomen impoſuerunt. æt Bromleage. tibi venerabili apoſtolo Chriſti ſancto Andreæ, & pro placabili pecunia Ælfſtani antiſtitis eccleſiæ [1] Hrofenſi concedo, cum omnibus utenſilibus quæ deus cœlorum in ipſo telluris gramine creavit, tam in notis cauſis & ignotis, in modicis & in magnis, campis, paſcuis, pratis, ſilvis ſilvarumque denſitatibus donans donabo libertatem, [2] præter expeditione, & pontis arciſve inſtructione, quia tanti precii emptum eſt ſupraſcripta terra octuaginta mancuſis auri puriſſimi, & ſex pondus electi argenti. Et inſuper dona meo præfecto Uulſtano donando auxit. xxx. mancuſas auri, ut fixa & immobilis permaneat ſempiternaliter noſtra donatio. Ita adjuro in nomine domini dei noſtri Iheſu Chriſti, [Fol. 151.

1. Sic. 2. Sic.

qui eſt omnium judex juſtus, ut nec michi nec alicui ſucceſſorum meorum regum ſeu cujuſlibet dignitatis, aliquid fraudare vel minuere, ſed abſque aliqua retractione inlæſa jugiter permaneat ſine fine. Si quis autem propria temeritate violenter invadere præſumpſerit, ſciat ſe proculdubio ante tribunal diſtricti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum, niſi prius digna ſatisfactione emendare maluerit. Hæc utilitas ſilvarum ad eandem [1] terra pertinet in Andredre, Billanoran, Belyndhyrſte. ⁊ on Ꝉlæppanꝑelda. Sceapndæn. ⁊ ðaꝑ ꝓihte ꝓiþ þorn-ðen. ⁊ Bꝓoccerham be eaſtan ea ⁊ Tanneꝑa hole. ⁊ Tꝓindhýrſt. Iſtis terminibus circumgirata eſt ter-

R.I. ra ſupraſcripta & multis nota. Ðiſ ſýnt ðaꝑa

---

týn ſulunga land gemæro to Bꝓomleage. Æꝑerſt on eaſtan Ꝉýſel hýſter gemæro. ðonne on Ꝉꝓoptuner gemæro. ðonne on ſuð healꝑe. Ꝉýſſre ſtaner gemæro ſorþ bepeaꝑð ſetlan. ðonne be perſtan pichammer gemæru. ⁊ beohha hammer gemæru. þonne be norðan Beꝓinga hammer gemæru. ⁊ Modinga hammer gemæro. ⁊ ðonon eſt eaſt on Ꝉingeſ gemæro. ðæt on Ꝉýſel hýꝓſt.

Acta eſt hæc præfata donatio anno ab incar-

mo mo to

natione domini noſtri Iheſu Chriſti. DCCCC. LV. indictione vero [2] novem. ✠ Ego Eadgar, rex

✠

Anglorum, ſub ſigillo ſanctæ crucis corroboravi. ✠ Ego Dunſtan, Dorobernenſis eccleſiæ archi-

1. Sic. 2. Sic.

archiepiſcopus, [1] crucis Chriſti concluſi. ✠ Ego Ælfthryth, mater regis, prædictum donum confirmavi. ✠ Ego Oſpald, archiepiſcopus Eboracæ civitatis, [2] crucis Chriſti impreſſi. ✠ Ego Athelwold, Wintanenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi & confirmavi. ✠ Ego Ælfſtan, Lundonienſis eccleſiæ epiſcopus, corroboravi. ✠ Ego Ælfſtan epiſcopus conſignavi. ✠ Ego Eadelm epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi. ✠ Ego Sydemann epiſcopus concluſi. ✠ Ego Alfold epiſcopus corroboravi. ✠ Ego Bryhtelm epiſcopus roboravi. ✠ Ego Byrhtferð miniſter. ✠ Ego Æthelweard miniſter. ✠ Ego Ælfwerd miniſter. ✠ Ego Æthelmær miniſter. ✠ Ego Ælfſige miniſter. ✠ Ego Wulfſtan miniſter. ✠ Ego Ælfric miniſter. ✠ Ego Ælfheah miniſter. ✠ Ego Ealdred miniſter. ✠ Ego Leofſtan miniſter. ✠ Ego Ælfhere dux. ✠ Ego Æthelſtan dux. ✠ Ego Æthelwine dux. ✠ Ego Byrhtnoð dux. ✠ Ego Ordgar dux. ✠ Ego Ælfric miniſter. ✠ Ego Alfpolð miniſter. ✠ Ego ƿulfige miniſter. ✠ Ego Sigred miniſter. ✠ Ego Eadelm miniſter.

[Fol. 152.

1. Sic. 2. Sic.

CAP. 75.

R.I. De Uuldeham & de Lytlan broce.

CUM exigente protoplaſti piaculo, ſucceſſioniſque ejus promerente nævorum contagio, lubrica mundanæ volubilitatis orbita nunc infimis ſumma, nunc vero ſummis infima verſare conſpicitur, & hoc modo proſperitatibus erigendo, nunc indiſcreto cujuſlibet infortunii ictu deiciendo ſolum aduſque deludit: nec cuiquam mortalium quis ſibi finis maneat patet, unum proculdubio reſtat unicuique ſollicita conſideratione penſandum, eo ſcilicet ardentius in æternitatis amore ſpem figere, quo velocius omnia temporalis vitæ proſpera, velut umbra cernuntur elabere, & quod propriis quiſque nequit meritis ſanctorum mereatur optinere ſuffragiis, ut eos in illo tremendi judicis examine patronos inveniat, quos in hac vita vel patrimonii ſui hereditatibus ampliare, vel in poteſtate ſibi divinitus allata prout valuit honorare ſategit. Qua propter ego Æthelred, totius Anglorum nationis, ſummo rerum opifice largiente, regni gubernacula ſortitus, ſuperni regis inſtinctu memor apoſtolicæ beati Pauli ſententiæ, qua, divinæ longanimitatem patientiæ ſublimiter extollens, opacam unius cujuſque conſcientiam vigore aſperæ invectionis increpat dicens;

dicens: An ignoras, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Ea quæ negligenter juventutis meæ tempore, quæ diverſis ſolebat uti moribus, exceſſi, dum me divina præveniente gracia in virilis robur aetatis evaſi, totis viribus ad melioris arbitrii cultum mutare ſtudui, ut & reatum prioris ignorantiæ ſalubriter evaderem, & ne tantæ benignitati ingratus ſed tota mentis intentione gratus exiſterem. Unde & rogatu cujuſdam michi admodum dilecti pontificis, ipſa non [minus actuum probitate quam naturalis vocabuli impreſſione Goduuini quandam ruris portionem, duobus in locis ſitam, ſex quidem manſas, quas Cantuarii ſyx ſulunga nominare ſolent, illo ſcilicet in loco, cui jam dudum gentis ejuſdem [1] indigine vocabulum Wuldaham indiderunt. Unam quoque manſam, ſolita Anglorum vocitatione, æt Lytlanbroce celebriter appellatam, ſalvatori omnium domino noſtro Iheſu Chriſto, ejuſque ſancto ac beatiſſimo Andreæ apoſtolo, ad pontificalem Hroſenſis eccleſiæ ſedem, cum hoc præſenti ejuſdem præfatæ portionis cyrographo, in perhennem hereditatem & incommutabilem renovare conceſſi libertatem. Hancque ſuper additam condicionem tam mea, quam ſupernæ majeſtatis auctoritate, cum ſanctæ crucis ✠ impreſſione [2] vigilant interponere juſſi. Ut nulla deinceps altior inferiorve cujuſlibet dignitatis per-

neglegenter

[*Fol. 153.*

indigena

1. Sic. 2. Sic.

ſona,

ſona, vel auſu temerario, vel quolibet inventicio frivolæ ac novellæ adinventionis membranulo, hoc omnipotentis dei noſtrumque præſumat violare decretum. Sed ut jam prænominatus antiſtes cum ſummæ devotionis & humilitatis induſtria à regia mea dignitate voti compos optinuit, eandem portionem cum omnibus utenſilibus quæ deus omnipotens in illa provenire conceſſerit, inpoſterum ſemper & ipſe, cujus ſollertia pro me dono renovata eſt, abſque ullo contradictionis obſtaculo Chriſto auctore gubernet & regat, ac poſt vitæ ſuæ terminum omnes quotquot ei ad regendam præfatæ eccleſiam ſedis præſcia Chriſti providente gracia ſucceſſerint. Sit autem præfata portio ab omni mundanæ ſervitutis jugo [1] liberum, excepta expeditione, pontis arciſve reſtauratione. Si quis vero mortalium hujus cyrographi renovationem qualibet occaſione temerarius infringere præſumpſerit, omnibus veteris ac novi teſtamenti maledictionibus ſtrictus in hac vita permaneat, & poſt mortem omnibus gehennalium tormentorum pœnis ſine fine puniatur, niſi citius ad congruam ſatisfactionem convolare R. I. maluerit. His terminis eadem portio gyratur.

✠ Ðiſ ſint ðapa. vi. ſulunga landa ȝemæro to ſulðaham. Æreſt hit ſeh ð on eaſtepeapðum Leðæma meapce. Suð ðonon oſ Leðæma meapce on buſh hæma meapce. ðonne peſt ſonon be buſh hæma meapce vt andlanȝ [fol. 154.] Meðpæȝe.be miðde peapðum ſtream

1. Sic.

oþþapa

oþþaſa hiſena land to Hroſeceaſtre. ðonon norð be ðaſa hiſena meaſce on hýſcen denes meaſce. Of hýſcandenes meaſce eſt on Leðæma meaſce. ⁊ þæſe mæde þe to puldа ham ge býnað on cing mæde. x. æceſas. ⁊ on buſh ham on ðam mædum viii. æceſas. ⁊ on mýclan pýſce. v. æceſas. ⁊ ðæt den æt cildan ſpic. ⁊ ðæt den on poſes hýſtre. ⁊ hund teontiga ſpina ingang æt hoſſhýſtre on ðam ſnade. ⁊ mid eallum ðam mannum ſpa ſpa hit ſtod. ða ic hit æſ hæfde. etc.

Memorand. ibidem ſunt termini de Litlanbroce.

Anno dominicæ incarnationis DCCCXCV. indictione VIII. caraxata eſt hæc renovationis præfatæ cartula, & cum vivificæ ſignaculo crucis impreſſa, his idoneis teſtibus unanimitatem præbentibus, quorum vocabula ſecundum uniuſcujuſque dignitatem hîc inferius ſcripta adeſſe videntur. ✠ Ego Æthelred, rex Anglorum, prænotatam terrarum portionem deo omnipotenti,

tenti, Sanctoque Andreæ apoſtolo libentiſſime renovari conceſſi. ✠ Ego Ælfric, Doruernenſis eccleſiæ electus epiſcopus, adquievi. ✠ Ego Ælfheah, Uuintonienſis eccleſiæ adultus epiſcopus, corroboravi. ✠ Ego Ealdulf, Eboracenſis eccleſiæ electus epiſcopus, conſignavi. ✠ Ego Ælfſtan, Lundonienſis eccleſiæ epiſcopus, aſſenſum præbui. ✠ Ego Æſcwig, Dorkecenſis eccleſiæ epiſcopus, non rennui. ✠ Ego Ælfheah, Licetfeldenſis eccleſiæ epiſcopus, conſentaneus extiti. ✠ Ego Aðulf, Herefordenſis eccleſiæ epiſcopus, confirmavi. ✠ Ego Ðeodred, Orientalium Anglorum epiſcopus, conſygillavi. ✠ Ego Ælfwold, Cridienſis eccleſiæ epiſcopus, libens adfui. ✠ Ego Sigar, Uiullenſis eccleſiæ epiſcopus, conſenſi. ✠ Ego Ordbirht, Seoleſenſis eccleſiæ epiſcopus, conſolidavi. ✠ Ego Wulfſige, Scirburnenſis eccleſiæ epiſcopus, conſenſum indidi. ✠ Ego Ealdred, Cornubienſis eccleſiæ epiſcopus, concluſi. ✠ Ego Goduuinus, ejuſdem præfatæ Hrofenſis eccleſiæ epiſcopus, ✠ hoc crucis ſanctæ vexillo munitus, hoc donum voti compos optinui. ✠ Ego Æthelweard dux. ✠ Ego Ælfric dux. ✠ Ego Ælfhelm dux. ✠ Ego Leoffige dux. ✠ Ego Leofwyne dux. ✠ Ego Ælfſige miniſter. ✠ Ego Ordulf miniſter. ✠ Ego Beorhtwold miniſter. ✠ Ego Æthelmar miniſter. ✠ Ego Wulfget miniſter. ✠ Ego Leofpine miniſter. ✠ Ego Wulfric miniſter. ✠ Ego Æthilrict miniſter. ✠ Ego Æthelweard

[Sol. 153.

weard miniſter. ✠ Ego Wulfnoð miniſter. ✠ Ego Fræna miniſter. ✠ Ego Wulfſige miniſter. ✠ Ego Æthelnoð miniſter. ✠ Ego Sipeard miniſter. ✠ Ego Sigred miniſter. ✠ Ego Ælfhelm miniſter. ✠ Ego Wynnelm miniſter.

Cap. 76.

Hep cýð [1] on ðýrum ȝeppite. hu Lobpine Birceop on Hpoꝛeceaꝛtre. ⁊ Leoꝛꝛine Ælꝛeaȝeꝛ runu puꝛðon ȝe rýbꝛumoðe ymbe þ land æt Snoddinȝ landе. on Lantpapa býꝛiȝ. } R. I.

℣ Etc.

1. Vide Hickeſii Diſſ. Ep. p. 43.

Fol. 156

Cap. 77.

R. I. De Bromleage.

OMNIPOTENS Chriſtus ſalvator mundi, cujus coæternum cum patre ſanctoque ſpiritu regnum nec incipit, nec deſinit in ſeculum, qui, in extremo caducorum margine, per uterum beatæ virginis incarnatus, pro redemptione generis humani in ara ſanctæ crucis ſemet ipſum patienter in odorem ſuavitatis immolari permiſit, Evangelicis nos edocet inſtitutis, ut quanto magis mundanæ volubilitatis dies ſicut umbra prætereunt, & caduca labentis ſeculi momenta velut fumus deficiunt, tanto inſtantius illuc tendat noſtræ mentis intentio, ubi non annua ſed continua & ineffabili dulcedine referta paſcalium deliciarum refectio, ubi tranquilla eſt & ſuavis ſanctorum in ſecula ſeculorum exultatio, & ſine fine perpetua cum deo vivo & vero omnium bonorum poſſeſſio. Cujus gratuitæ pietati cum omni eſt affectu gratias agendum, quod ſuorum corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione in amorem ſui nominis [Fol. 157. inflammat,[& ut ſanctos ejus pia mente venerentur inſpirat, ut quod noſtra poſſibilitate conſequi nequimus, eorum nobis ſuffragio poſſe donari ſperemus, qui ei in illa divinæ contemplationis gloria adunati, æternæ beatitudinis ſunt diademate coronati. Quod in interioris animi

animi ſecreto pertractans ego Æðelred, deifica annuente clementia, gentis Anglorum baſileus, omnipotenti Chriſto ſanctoque apoſtolo ejus Andreæ, germano beati principis apoſtolorum Symonis Petri, quoddam ruris æt Bromleage territorium, cujus circuitus ambitum & diſtributionis funiculum patria dimenſione ſyx ſulunga provinciales ſolent appellare, & utilitatem ſilvarum ad eandem terram pertinentium in Andrede, quod utrumque in tempore juventutis meæ à Hroſenſis eccleſiæ dioceſi quibuſdam inſtigantibus abſtraxi, libens benivolus ac devotus reſtituo. Cujus tamen rapinæ prædationem non tam crudeliter quam ignoranter, & maxime Æthelſino quodam infelice dei omnipotentis ac totius populi inimico inſtigante, meque ejus iniquæ ſuaſioni incaute conſentiente, fieri juſſi. Qui, inter cetera, quæ ſæpe commiſit, furti & rapinæ flagitia, publicus hoſtis inventus, in tantum malitiæ ſuæ frena laxavit, ut non ſolum vulgo quoſcumque poſſet invaderet, ſed ut meam quoque puerilem ignorantiam calliditatis ſuæ laqueo circum veniens inretiret; & ut tantum flagitii committerem improbe præfati ſancti loci prædo incitaret, inſuper idoneum & fidelem michi præpoſitum mea ab ejus invaſione defendentem occideret. Unde &, juſto exigente judicio, diſpoſui merito eum omni dignitate privari, ut qui injuſte rapuit aliena, juſte amitteret propria. [1] Hunc autem

1. F. *nunc.*

tem quia ſuperna michi parcente clementia ad intelligibilem ætatem perveni, & quæ pueriliter geſſi in melius emendare decrevi, iccirco domini compunctus gracia, quicquid tunc inſtigante maligno contra ſanctum dei apoſtolum me inique egiſſe recogito, totum nunc coram deo, cum flebili cordis contritione, pœniteo, & quæque opportuna ad eundem locum pertinentia libenter reſtauro, ſperans pœnitentiæ meæ lacrimas ſuſcipi, & prioris ignorantiæ vincula ſolvi ab eo, qui non vult mortem peccatoris, ſed ut magis convertatur & vivat, credens me & graciam invenire in conſpectu apoſtoli, qui [fol. 158. in populo ſuo mitiſſimus apparuit, & pro crucifigentibus ſe exoravit. Et ut toto corde præfatum rus ad eccleſiam ejuſdem beati apoſtoli me reſtituere veraciter approbarem, hoc reſtitutionis teſtamentum ſanctæ & individuæ trinitati ſcribere conceſſi, & manu mea Godwino, præfatæ eccleſiæ antiſtiti, michi tota devotione fideli, in conventu & præſentia optimatum meorum tradidi, cum divinæ majeſtatis auctoritate & mea, præcipiens, ut nullus ſucceſſorum meorum, qui poſt me regnaturi ſunt in gente Anglorum, ſed nec ulla alia cujuſlibet altioris aut inferioris dignitatis perſona hanc tellurem occaſione qualibet invadere præſumat, ſed ſemper impoſterum portio ipſa ad uſum præfatæ epiſcopalis ſedis epiſcopi qui nunc eam regit, & hoc renovationis teſtamentum me donante impe-

impetravit, & omnium qui ei in epiſcopatum ſucceſſuri ſunt, ab omni terrena ſervitute cum omnibus ad ſe rite pertinentibus libera permaneat, tribus exceptis, rata expeditione, pontis arciſve reparacione. Si quis igitur hanc divinam pariter & meam auctoritatem facibus avariciæ æſtuans, aut arrogantiæ faſtu tumidus inmutare præſumpſerit, æternæ maledictioni ſubjaceat, & cum diabolo & angelis ejus in inferno ſine fine damnatus intereat, niſi digne pœniteat, quod iniqua præſumptione deliquit.

His limitibus idem rus hinc inde gyratur. R. I.

Saxonicè

Hæc utilitas ſilvarum ad eandem terram pertinet in Andrede. Saxonicè

Anno dominicæ incarnationis DCCCCXCVIII. indictione XI. recurrente annua paſcali ſolennitate, qua verus agnus pro noſtra omnium redemptione immolatus deſtructo mortis imperio reſurrexit, & credentibus regna cœlorum patefecit, ſcripta eſt

[Foli 159. eſt hæc carta, & me donante in manus [epiſcopi Godwini, ad eccleſiam Sancti Andreæ apoſtoli tradita, his teſtibus unanimiter adclamationem præbentibus. ✠ Ego Æðelred, divina gracia favente rex Anglorum, hujus renovationis teſtamentum ſcribere conceſſi. ✠ Ego Ælfric, Doruernenſis eccleſiæ archiepiſcopus, aſſenſum præbui. ✠ Ego Ealdulf, Eboracenſis eccleſiæ archiepiſcopus, conſenſi. ✠ Ego Ælfheah, Uuintonienſis eccleſiæ epiſcopus, adquievi. ✠ Ego Ælfheah epiſcopus corroboravi. ✠ Ego Æſcwig epiſcopus conſignavi. ✠ Ego Athulf epiſcopus conſolidavi. ✠ Ego Wulfſtan epiſcopus conſigillavi. ✠ Ego Alfwold epiſcopus confirmavi. ✠ Ego Wulfſige epiſcopus conſenſi. ✠ Ego Ordbirht epiſcopus corroboravi. ✠ Ego Ealdred epiſcopus conſignavi. ✠ Ego Ælfwine epiſcopus concluſi. ✠ Ego Æthelſtan clito. ✠ Ego Egcbirht clito. ✠ Ego Eadmund clito. ✠ Ego Eadred clito. ✠ Ego Eadwi clito. ✠ Ego Ælfweard Abbas. ✠ Ego Wulfgar Abbas. ✠ Ego Ælfſige Abbas. ✠ Ego Lyfing Abbas. ✠ Ego Æthelweard dux. ✠ Ego Ælfric dux. ✠ Ego Leoffige dux. ✠ Ego Ælfhelm dux. ✠ Ego Leofwine dux. ✠ Ego Byrhtwold miniſter. ✠ Ego Æthelmer miniſter. ✠ Ego Ordulf miniſter. ✠ Ego Wulfget miniſter. ✠ Ego Leofwine miniſter. ✠ Ego Wulfric miniſter. ✠ Ego Wulfheah miniſter. ✠ Ego Sigred miniſter. ✠ Ego Sigweard miniſter. ✠ Ego Fræ-

na

na miniſter. ✠ Ego Leofwine miniſter. ✠ Ego Wynnelm miniſter. ✠ Ego Æthelmær miniſter. ✠ Ego Ælfgar miniſter. ✠ Ego Ælfweard miniſter. ✠ Ego Leofric miniſter. ✠ Ego Æthelric miniſter. ✠ Ego Æthelweard miniſter. ✠ Nos omnes optimates conſenſimus.

Cap. 78.

De Stantune & Hiltune. R. I.

PChriſtus omnipotens deus imperpetuum regnans, cujus nutu & divinitatis gubernaculo reguntur quæcunque ſunt in aſtris vel arvis, ne peſſumdata in præcipitii voraginem labefactari poſſint, à quo etiam [1] dirivatur omnis principatus & poteſtas, omniumque honorum dignitas, ſicut apoſtolo dogmatizante didicimus, qui ait: non eſt poteſtas niſi à deo. Omnes primum mortales unius qualitatis indumento veſtivit, cum in mundo naſci mandavit, hoc eſt, nuditate. Ceterum ſi qui potentes, ſi qui inopes, ſi qui in terrenis negotiis ſunt mediocres, ſic ſunt ſicut à deo ordinationem acceperunt, qui omnia ſingulari jure præordinat, atque diſpenſando ineffabili diſcretione ſibi libitis erogat. Liquet & prorſus patet, terreſtrem ſubſtantiam [ad hoc hominibus conceſſam, [Fol. 160.

1. Sic.

ut

ut cœleſtem illa mercentur, & ut habentes communicent non habentibus gracia amoris filii dei, qui pro nobis indebite voluit egens fieri. Unde ego Æðelredus, rex nationum totius gentis Brittanniæ, pro [1] adipiſcenda cœleſtis vitæ præmia, cuidam devotiſſimo dei famulo Goduuino, Hrofenſis parrechiæ epiſcopo, michique oppidò familiariter dilecto, dono liberali dextera. xv̄ manſas terrarum in villa æt Stantun ⁊ æt Hiltun, cum omnibus appendiciis ſuis in paſcuis & pratis, omnibuſque quæ hujuſce villæ ſunt juris, ut poſſidens perhenniter poſſideat, & poſt ſe heredem cui ſibi libuerit præficiat, ea interpoſita ratione, ut jugi deprecatione pro meæ ſalutis integritate dominum interpellando exoret. Erat autem eadem villa cuidam matronæ, nomine Æthelflæde, derelicta à viro ſuo obeunte illo, quæ etiam habebat germanum quendam, vocabulo Leoffinum, quem de ſatrapis nomine tuli, ad celſioris apicem dignitatis dignum duxi promovere, ducem conſtituendo ſcilicet eum, unde humiliari magis debuerat, ſicut dicitur: Principem te conſtituerunt, noli extolli, & cetera. Sed ipſe hoc oblitus, cernens ſe in culmine majoris ſtatus [2] ſubrogatu, famulari ſibi peſtilentes ſpiritus promiſit, ſuperbiæ ſcilicet & audaciæ, quibus nichilominus ipſe ſe dedidit, in tantum ut floccipenderet quin offenſione multimoda me multoties graviter offenderet. Nam præfectum meum Æficum,

In Margine manu recenſ. Satrapa, Miles. Duc.

1. Sic. 2. Sic.

cum, quem primatem inter primates meos taxavi, non cunctatus in propria domo ejus eo inſcio perimere, quod nefarium & peregrinum opus eſt apud Chriſtianos & gentiles. Peracto itaque ſcelere ab eo, inii conſilium cum ſapientibus regni mei, petens ut quid fieri placuiſſet de illo decernerent, placuitque in commune nobis eum exulare, & extorrem à nobis fieri cum complicibus ſuis. Statuimus etiam inviolatum fœdus inter nos, quod qui præſumpſiſſet infringere, exhereditari ſe ſciret omnibus habitis, hoc eſt, ut nemo noſtrûm aliquid humanitatis vel commoditatis ei ſumminiſtraret. Hanc optionis electionem poſt habitam nichili habuit ſoror ejus Æthelflæd, omnia quæ poſſibilitatis ejus erant, & utilitatis fratris omnibus exercitiis ſtuduit explere, & hac de cauſa aliarumque quam plurimarum exheredem ſe fecit omnibus. Sit ergo prædicta donatio ab omni mundiali ſervitio immunis, excepto quod omnibus eſt generale terris, pontis videlicet vel arcis recuperatione, & expeditione. His apicibus præcipimus & obſecramus in Chriſti nomine ut aſſenſum detis corroborantes, & ſi quis anteriores præponere voluerit inpoſterum irriti fiant, nec æternaliter [1] ſtabilientur, ſed perpetua oblivione oblitterentur. Oblitterentur nec minus nomina eorum de libro vitæ, qui hoc cyrographum aliquo molimine in aliud tranſmutare decreverint quam per ſingraphiam

[Fol. 161.

1. Sic.

confirmavimus. Anno ab incarnatione domini mill. xii. indictione x. caraxatum eſt hoc polipticum, & ſignaculo crucis inſignitum, his teſtibus magnifice firmiterque adamantino ſtilo firmantibus. Ego Æðelredus, rex Anglorum, præfatam terram pro amore dei, ejuſque genitricis & perpetuæ virginis Mariæ, Godwino epiſcopo cum vivificæ crucis vexillo impreſſam libens conceſſi. Ego Ælfgyfu regina domini mei regis dono arriſi. Ego Wulfſtan archiepiſcopus, cum coëpiſcopis noſtris & filiis regis, & Abbatibus & Ducibus & Militibus quorum nomina inſerta ſunt corroboravi. Ego Eadnoð epiſcopus. Ego Aðulf epiſcopus. Ego Athelwoldus epiſcopus. Ego Ælfgar epiſcopus. Ego Godwinus epiſcopus. Ego Æthelſie epiſcopus. Ego Brihtwoldus epiſcopus. Ego Leuing epiſcopus. Ego Alfhun epiſcopus. Ego Ælmar epiſcopus. Ego Wulfgar Abbas. Ego Ælffi Abbas. Ego Brihtmær Abbas. Ego Ælfwi Abbas. Ego Ælffi Abbas. Ego Edric Abbas. Ego Brihſtan Abbas. Ego Eadmær Abbas. Ego Oſcytel Abbas. Ego Eadric dux. Ego Uhtred dux. Ego Leofwine dux. Ego Ælfric dux. Ego Æthelmær miles. Ego Syferð miles. Ego Æthelweard miles. Ego Godwine miles. Ego Morcar miles. Ego Ælfgar miles. Ego Wada miles. Ego Ulfkytel miles. Ego Thurkytel miles. Ego Æthelwine miles. Ego Adelwold miles. Ego Ælmær miles.

[1]Ðiſ ſýndon ða land ȝemæne to ſtantune. R.I.

Saxonicè

fol: 162.

Cap. 80.

De Falcheham & Bromleage.

Saxonicè

fol: 163

fol: 164.

Cap. 81.

Hæc [2] deſcriptio demonſtrat aperte unde [3] depeat pons de Rouceſtra reſtaurari quotiens fuerit fractus.(#) vide de calcim libri P. 426. } debeat R.In.

1. Sic. 2. Vide Lambard's Perambulation, p. 385. 3. Sic.

CAP. 82.

Ðiſ iſ ðæne bnice ge peonc on Hnovecæſtne.

Fol: 167.

---

[1] CAP. 84.

Fol: 168.

R.I. [De placito apud Pinendenam inter Lanfrancum archiepiſcopum & Odonem Baiocenſem epiſcopum.

quod vide [2] apud Reg: Temp: Roff: Fol 121. a.

1. Sic. 2. Exſtat apud Seldeni Eadmerum, p. 197. & Whartoni Angliam Sacram, Part I. p. 334.

Fol: 169.

Fol: 170.

CAP.

Cap. 85.

De Frachenham. R. I.

Willelmus, gracia dei rex Anglorum, epiſcopo Erfaſti, Balduino Abbati, Picoto & Rotberto Malet vicecomitibus & ceteris fidelibus meis ſalutem. Sciatis, quod ego conceſſi archiepiſcopo Lanfranco manerium [1] qui vocatur Frachenham, ſicuti Heroldus tenebat ea die quando mare tranſivi, & ſicuti Turbertus & Gotinus ab ipſo Heroldo [2] tenebat, in omnibus terris, pratis, [3] paſchuis, ſylvis ruſticis & ſochemanis, & ceteris omnibus. [Fol. 171.

Idem [4] Saxonice verbatim.

Cap. 86.

Quomodo Lanfrancus terras extractas eccleſiæ Sancti Andreæ & alias acquiſitas monachis contradidit; & de Gundulfo epiſcopo. } R. I.

Præterea notandum, ac fidelibus omnibus futuris maxime temporibus, quantæ

1. Sic. 2. Sic 3. Sic. 4. Vide Whartoni Angl. S. P. I. p. 336.

va-

valentiæ, quantæve eccleſiæ Chriſti Cantuarberiæ, necnon & eccleſiæ Sancti Andreæ Hroueceſtriæ, hic piæ memoriæ Lanfrancus archiepiſcopus utilitati & honori, dum vixit, extiterit, ſciendum eſt. Hic nanque non ſolum illas, quæ ſuperius nominatæ ſunt, terras eccleſiæ Chriſti, verum etiam ex diverſorum dominatione tyrannorum eccleſiæ Hroſenſi ſuæ ratione prudentiæ ac ſapientiæ adquiſivit; adquiſitas vero eccleſiæ, unde antiquorum [1] neglegentia fuerant extractæ atque diſperſæ, contradidit. Videlicet Dænitunam, Stoches, Falcenham, & Fracenham, de manibus prædicti Baiocenſis epiſcopi, & hominum ſuorum, & aliorum hominum, quaſi quadam placitorum violentia extorſit. Et hæc non ſolum, ſed & alia bona ad opus monachorum, quos eidem eccleſiæ ipſe primum inſtituit, quo ad vixit impendit, inſtitutis vero ſervitio dei & ſancti apoſtoli Andreæ omnia, quæ illorum victui vel veſtitui neceſſaria fore videbantur, certo apparatu præparare procuravit. Annitente tamen, ac per omnia ſuffragante beatæ memoriæ Gundulfo epiſcopo, quem ipſe monachum & ſacriſtam ſanctæ Mariæ Beccenſis eccleſiæ, dum ipſe quoque prior ejuſdem fuit eccleſiæ, merito ſanctitatis ac beatæ religionis præ ceteris omnibus adamavit; adamatum vero poſt ſe in Angliam quoque quam citius potuit venire fecit, & eum omni domui ſuæ, immo rebus omnibus ſuis,

1. Sic.

quas

quas in archiepiſcopio habuit, ſolum poſt ſeſe præ omnibus aliis præpoſuit. Præpoſitum autem, atque in omni ſapientiæ & prudentiæ ſenſu diu probatum, tandem divino admonitus inſtinctu, à ſeſe devote conſecratum prædictæ eccleſiæ præfecit antiſtitem. Qui. xxx^ta. & uno annis inibi ſuperſtes exiſtens, eccleſiam Sancti Andreæ, pene vetuſtate dirutam, novam ex integro, ut hodie apparet, ædificavit. Officinas quoque monachis neceſſarias, prout loci capacitas pati potuit, omnes conſtruxit. Ipſos etiam monachos xxii. ſuſcepit; ſuſceptos vero ſanctæ religionis habitu induit; indutos poſt modum ſacris ordinibus aptos, vel ſanctæ religionis benedictione dignos ipſemet benedixit, conſecravit, & quantacunque valuit diligentia & per ſe, & per alios in dei timore & amore ſemper inſtruxit; inſtructos quidem poſt deum ſuper omnia amavit, honoravit, atque in eo quod potuit omnibus diebus vitæ ſuæ beneficiis multimodis augmentare non ceſſavit. Et cum non amplius in introitu epiſcopatus ſui quam quinque inveniſſet in eccleſia Sancti Andreæ canonicos, die, qua ſeculo præſenti deceſſit, pluſquam ſexaginta monachos, bene legentes & optime cantantes in ſervitio dei & apoſtoli ſui deum timentes & ſuper omnia amantes reliquit. Sed inter cetera, quæ illis beneficia nonnulla contulit, unum illis dignum memoria fecit. Fracenham, quod, ut ſupradictum, ab alienorum

[Fol. 172. In Marg: recentiori manu. Gundulfi Opera

monachos 60.

norum injuſta poteſtate archiepiſcopus prudentiæ ſuæ ratione Lanfrancus extorſit, & ad victum monachorum æternaliter fore conſtituit, Gundulfus epiſcopus, quia ipſum manerium longinquis regionibus à Hroueceſtra nimis erat remotum, ipſum manerium in ſua ac ſuorum omnium retinuit manu ſucceſſorum, atque pro illo, licentia & conſilio ſæpedicti archiepiſcopi Lanfranci, Wldeham monachis æternaliter dedit, malens quidem ſeſe ac ſuos ſucceſſores annuis laboribus equitando victum ibi tam longe quæritare, quam monachos, vel ejuſdem villæ pauperes homines ſingulis annis in annonam deportando fatigare.

Cap. 87.

R. I. De Falchenham.

R. I. Quomodo Wills rex, filius Willelmi regis, rogatu Lanfranci archiepiſcopi, conceſſit & confirmavit Rofenſi eccleſiæ Sancti Andreæ apoſtoli, ad victum monachorum, manerium, nomine Hedenham: quare Gundulfus epiſcopus Caſtrum Rofenſe lapideum totum de ſuo proprio regi conſtruxit.

Inter cetera beneficia ipſius archiepiſcopi, Falchenham quoque, ſicut ſupradiximus, ab injuſta extorſit Baiocenſis epiſcopi poteſtate,

* Hæc inter Lineas Rubras, ante Capitulum 88 inſeruntur partim in Autographo.

partim auxilio magni regis Uuillelmi; pro qua re Radulfus, Cadomenſis monachus, ejus tunc exiſtens capellanus, ad regem ipſum pro ipſo auxilio in Normanniam fuit tranſmiſſus; partim pactione pecuniæ, videlicet LX. librarum, quas archiepiſcopus regi illi promiſit ſe daturum; unde XXX. libras accepit. XXX. ei condonavit. Tandem litteris regis, quas ſecum Radulfus epiſcopo detulit, ac pecunia promiſſa adeptus archiepiſcopus ipſum manerium, ſtatim illud conſtituens ad victum monachorum, XV. reddens firmam dierum.

[Fol: 173

vide Annot: ad Apicem 87. Capti. *

CAP. 88.

ALIUD quoque beatæ memoriæ Gundulfus epiſcopus non minus memorabile illis contulit beneficium, ſed omni potius omnibus ſeculis venturis dignum veneratione. Caſtrum etenim, quod ſitum eſt in pulchriori parte civitatis Hroueceſtre, pro regia conceſſione illius doni, quod ſæpedictus archiepiſcopus prædictæ eccleſiæ ad victum monachorum diſpoſuerat dare, manerium videlicet quod ſitum eſt in comitatu de Bucingeham nomine Hedenham. Non enim aliter ut ratum permaneret ipſi eccleſiæ illud abſque regis conceſſione potuit dare, quia pater regis illud dederat archiepiſcopo in vita ſua tantum, ut ſullimatus fuit in

archiepiſcopio. Unde Uuillelmo filio ejus ipſum patrem ſuccedente in regno, ab archiepiſcopo & epiſcopo de ejuſdem manerii conceſſione requiſitus, reſpondit centum libras denariorum habere ſe velle pro ipſa conceſſione. Quod poſtquam archiepiſcopus & epiſcopus ſimul audierunt, conſternati valde pariter reſponderunt, illam tantam pecuniam neque tunc in promtu ſeſe habere, nec etiam unde eam acquirere potuiſſent ſeſe ſcire. Duobus autem amicis utrique [1] patri faventibus, Rodberto videlicet filio Haimonis, & Henrico Comite de Uuaruuic, hinc regium honorem & integram ejus obſervantibus voluntatem, hinc vero amicitiæ favorem & pro dei amore eccleſiæ prædictæ magnificum ac profuturum honorem, regi conſulueruntquatinus pro pecunia, quam pro conceſſione manerii exigebat, epiſcopus Gundulfus, quia in opere cæmentarii plurimum ſciens & efficax erat, caſtrum ſibi Hrofenſe lapideum de ſuo conſtrueret. Quod ubi archiepiſcopo & epiſcopo innotuit, tunc proculdubio magis conſternati [dixerunt, & regiæ conceſſioni ex toto ſeſe abnuere, etiam & ipſum manerium in profundo maris potius ſitum iri malle, quam prædictam eccleſiam Sancti Andreæ futuris temporibus regiis exactionibus mancipari debere. Nam quotienſcunque [2] quilibet ex infortunio aliquo caſu in caſtro illo contingeret aut in-

[Fol: 174

1. Sic 2. Sic, pro *quidlibet*.

fractione

fractione muri aut fiſſura maceriei, id protinus ab epiſcopo vel eccleſia exigeretur uſu reficiendum aſſiduo. Sicque epiſcopus & eccleſia futuri ſeculi temporibus omnibus ſumma diſtrictione regiæ ſummitteretur exactioni. Iſto itaque metu perterritus uterque, abſit hoc à me, inquit archiepiſcopus; abſit quoque à me, inquit & epiſcopus. Reſponſum hoc audiens comes Henricus, quaſi modeſtæ ſtimulis iræ commotus; honeſtatis dans concitò fremitus, inquit: Hactenus mea æſtimatione ratus ſum archiepiſcopum Lanfrancum unum ex viris univerſi orbis extitiſſe ſapientiſſimis, nunc autem nec inſipientem, quod abſit, eſſe dico, neque illa quidem, qua dudum ſapientia callebat, inpræſentiarum vigere ullatenus aſſerere audeo. Quid enim gravedinis, inquit, in hoc eſt, Caſtrum ad ultimum majus pro XL. libris ad voluntatem regis facere, factum vero comiti vel vicecomiti comitatus, ſeu aliis etiam quibus regi placuerit monſtrare, monſtratum & ex omni parte integrum liberare, ſemel vero liberato ſeſe penitus expedire, nec unquam ulterius inde ſe intromittere, nec etiam eo reſpicere? Ad hoc regem adverſus epiſcopum vel eccleſiam futuræ ſervitutis occaſionem nullatenus quærere, immo potius eos ab omni ſervitute liberare, atque ſicut regem decebat pro dei timore & ſeculi honore in ſumma libertate eos conſervare velle. His ergo & aliis nonnullis hujuſcemodi

modi rationibus tandem acquievit archiepiſcopus. Igitur hoc pacto coram rege inito, fecit Caſtrum Gundulfus epiſcopus de ſuo ex integro totum, conſtamine, ut reor, LX. librarum. Quod quam diu in ſeculo ſubſiſtere poterit, pro Gundulfo epiſcopo manifeſto indicio quaſi loquens erit, æternum quidem illi ferens teſtimonium, quod manerium Hedenham eccleſiæ & monachis Sancti Andreæ ab omni exactione & calumnia regis & omnium hominum permanebit liberrimum & quietiſſimum in ſecula ſeculorum.

CAP. 89.

R. I. Conceſſio Uuillelmi magni regis.

[Fol. 175. [UUILLELMUS, dei gracia rex Anglorum, Haimoni dapifero, & omnibus ſuis teignis in epiſcopatu Roſenſi ſalutem. Mando & præcipio, ut eas conſuetudines, quas eccleſia Sancti Andreæ Roſenſis Civitatis habuit in terris veſtris, ſeu in annona, ſeu in porcis, vel aliis rebus, tempore Eduuardi regis, habeat, & vos exolvatis.

CAP.

Cap. 90.

De Conventione inter Gundulfum & Giſlebertum. } R. I.

HÆC eſt conventio, quæ facta Cantuariæ, in præſentia domni archiepiſcopi Lanfranci, atque, eo præcipiente, ſcripta, inter Gundulfum epiſcopum,& Giſlebertum de Tunebrigge. Judicio ipſius domni archiepiſcopi debet Giſlebertus uno quoque anno dare. L. ſolidos domno epiſcopo Gundulfo, pro terra Sancti Andreæ, quam ipſe Giſlebertus habet, quo ad uſque dabit ei tantum de alia terra ſua, unde habeat per ſingulos annos. L. ſolidos, vel valens. Teſtante eodem archiepiſcopo Lanfranco, & epiſcopo Willelmo de Dunhelma, & abbate Giſleberto Weſtmonaſterii, & abbate Paulo Sancti Albani, & Haimone vicecomite de Cantorberia,& Bertramno de Uirduno,& maxima parte de familia ipſius domni archiepiſcopi.

Cap. 91.

De Contentione inter Gundulfum & Pichot. R. I.

TEMPORE Uuilhelmi regis Anglorum magni, patris Uuillelmi regis ejuſdem gentis,fuit quædam contentio inter Gundulfum Hrofenſem epiſcopum, & Pichot vicecomitem de

de Grendebruge, pro quadam terra, quæ erat de Frachenham, & jacebat in Giſelham, quam quidam regis ſerviens Olchete nomine vicecomite dante præſumpſerat occupare. Hanc enim vicecomes regis eſſe terram dicebat; ſed epiſcopus eandem beati Andreæ potius eſſe affirmabat. Qua re ante regem venerunt. Rex vero præcepit, ut omnes illius comitatus homines congregarentur, & eorum judicio cujus terra deberet rectius eſſe probaretur. Illi autem congregati, terram illam regis eſſe potius quam beati Andreæ, timore vicecomitis, affirmaverunt. Sed cum eis Baiocenſis epiſcopus, qui placito illi præerat, non bene crederet; præcepit, ut, ſi verum eſſe quod dicebant ſcirent, ex ſeipſis duodecim eligerent, qui quod omnes dixerant jurejurando confirmarent. Illi autem cum ad conſilium ſeceſſiſſent, & inibi à vicecomite per internuntium conterriti fuiſſent, revertentes verum eſſe quod dixerant juraverunt. Hi autem fuerunt, Eaduuardus de Cipenham, [Heruldus & Leofuuine ſaca de Exninge, Eadric de Giſelham, Wfuuine de Landuuade, Ordmer de Berlingeham, & alii ſex de melioribus comitatus. Quo facto, terra in manu regis remanſit. Eodem vero anno monachus quidam, GRIM nomine, quaſi à domino miſſus, ad epiſcopum venit. Qui cum audiret hoc, quod illi juraverant; nimium admirans, & eos deteſtans, omnes eſſe perjuros affirmavit. Ipſe enim monachus

[Fol: 176

nachus diu præpoſitus de Frachenham extiterat, & ex eadem terra ſervitia & coſtumas, ut de aliis terris de Frachenham, ſuſceperat, & unum ex eiſdem qui juraverant in eodem manerio ſub ſe habuerat. Quod poſtquam epiſcopus Hrofenſis audivit, ad epiſcopum Baiocenſem venit, & monachi verba per ordinem narravit. Quæ ut epiſcopus audivit, monachum ad ſe venire fecit, & ab ipſo illa eadem didicit. Poſt hæc vero unum ex illis, qui juraverant, ad ſe fecit venire; qui ſtatim ad ejus pedes procidens, confeſſus ſe perjurum eſſe. Hinc autem cum illum, qui prius juraverat, ad ſe venire feciſſet, requiſitus, ſe perjurum eſſe ſimiliter confeſſus eſt. Denique mandavit vicecomiti, ut reliquos obviam ſibi Londoniam mitteret, & alios duodecim de melioribus ejuſdem comitatus, qui quod illi juraverant, verum eſſe confirmaverant. Illuc quoque fecit venire multos ex melioribus totius Angliæ baronibus. Quibus omnibus Londoniæ congregatis, judicatum tam à Francis quam ab Anglis, illos omnes perjuros eſſe, quandoquidem ille, poſt quem alii juraverant, ſe perjurum eſſe fatebatur. Quibus tali judicio condemnatis, epiſcopus Hrofenſis terram ſuam, ut juſtum erat, habuit. Alii autem duodecim cum vellent affirmare, iis, qui juraverant, ſe non conſenſiſſe, Baiocenſis epiſcopus dixit, ut hoc ipſum judicio ferri probarent. Quod quia ſe facturos promiſerunt, & facere non potuerunt, cum

cum [1] alii ſui comitatus hominibus trecentas libras regi dederunt.

Cap. 92.

[Fol: 177. [Anno ab incarnatione domini ſexcenteſimo, Rex Aethelbertus fundavit eccleſiam Sancti Andreæ apoſtoli Roſi, & dedit ei Preſtefeld, & omnem terram quæ eſt à Medu Waie, uſque ad orientalem portam civitatis, in auſtrali parte, & alias terras extra murum civitatis verſus partem aquilonalem.

In Margine 41. Anno ab incarnatione domini [2] ſeptingeſimo xxxviii°. Eadbertus, rex Cantiæ, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Stokes. 47. 48. Anno ab incarnatione domini ſeptingentiſimo. lxiiii°. Offa, rex Merciorum, & Sigeredus, rex Cantiæ, dederunt Frendesberiam, Eſelingeham, & Wicham. 56 Item rex Offa, & Ecbertus dederunt Bromheie. 52:53. Item rex Offa dedit Trotteſcliue. Kenulfus, rex Merciorum, dedit Borchſtalle.

Anno ab incarnatione domini [3] octingenſimo xxxviii°. Ecbertus, rex Weſtſaxonum & Cantuariorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ magnas libertates, & iſta maneria: Hallinges, & Snodilande. Athelwlfus rex, filius Egberti regis, dedit Cuckeleſtane & Holenberghe. Libertates. Eadmundus, rex Anglorum, dedit Mallinges.

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic.

Quidam

Quidam præpotens homo, nomine Brichricus, cum uxore ſua Eiffwitha dederunt Danituna, & Langefeld, Falchenham & Darente quod manerium quomodo ad archiepiſcopatum pervenerit ignoratur. Eadgarus, rex Anglorum, dedit Bromlega. Aethelredus rex Anglorum dedit Wldeham, & Litlebroc, Stantune, & Hiltune, ſcilicet xv. manſas terrarum. Willelmus primus, rex Anglorum, reddidit has terras Roffenſi eccleſiæ, à principibus injuſte ablatas, Stokes videlicet & Denintuna, & Falcheham. Præterea, inter cetera bona magna, quæ eidem eccleſiæ in vita ſua fecit, imminente articulo mortis ſuæ, centum libras ei dedit, & tunicam propriam regalem, & cornu eburneum, & alia plura ornamenta. Willelmus rex, filius ejus, dedit Lamtheham & Hedenham ad victum monachorum, qui quidem conceſſit libertates, quas eccleſia Roffenſis huc uſque obtinuit, & ſua carta confirmavit omnium prædictorum dona. Nobiliſſimus rex Henricus multa bona contulit, ſcilicet eccleſias de Boxle, de Eilleſford, Derenteford, [1] Gattune, cum Capellis de Wilmintune & de Kingeldune. Item eccleſias de Chiſelherſte & de Wlewich. Item decimas de Strodes, & de Chealkes, & alia multa.

Suttune X
Kingesdune X
⊏ Fol: 170.

1. *Suttune* al.

CAP. 93.

[Fol. 179. R. I. [De Eccleſia de Norhfleta.

ANSELMUS, gracia dei archiepiſcopus Cantuariæ, Haimoni vicecomiti, & omnibus baronibus regis Francigenis & Anglis de Comitatu de Chent, Salutem. Sciatis, quod ego concedo eccleſiæ Sancti Andreæ, & epiſcopo Gundulfo de Roueceſtria, omnes illas conſuetudines & leges, quas habuit de anteceſſore meo Lanfranco archiepiſcopo, in ſcoto, & in opere caſtri, & in ponte, & omnia jura epiſcopalia, illi pertinentia in maneriis noſtris, & clericis & laicis ſui epiſcopatus, [1] ſicute unquam melius vel honorabilius habuit ea. Et monachis ejuſdem eccleſiæ do de meo dominico eccleſiam de Northflete, & quicquid ad eam pertinet in terris & in decimis & in oblationibus, & in omnibus aliis rebus. Et de piſcaria de Gillingeham, unde monachi ſolebant dare XL. ſolidos per [2] annim anteceſſori meo, perdono eiſdem monachis XXXV. ſolidos, ut habeant eos ad victum eorum. Et eidem ſupradicto epiſcopo G. concedo quandam terram, valentem XX. ſol̄ per annum, in noſtro dominico manerio de Heiſa, quod eſt in Middleſexa. Teſtibus Ernulfo priore, Joſeph, Eadmero monacho Cantuar̄, Baldeuuino de Tornac̄ monacho Becc̄, Willelmo archidiacono Cantuar̄, Aſchetillo Roffenſi archidiacono, Willelmo de Einesford̄, Godefrido de Falchenham.

1. Sic. 2. Sic.

CAP.

Cap. 94.

Radulfus archiepiſcopus Cantuariæ, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod ego concedo & confirmo donationem venerabilis patris Anſelmi, quam fecit monachis Sancti Andreæ de Roueceſtra, de eccleſia de Nordflite, & omnibus ad eam pertinentibus, in terris, in decimis, in oblationibus,& in omnibus aliis rebus. Et de meo dominico do eis unam acram terræ in mea propria cultura, in campo, qui dicitur Gudleffeld, ad ædificandas domos ſibi, & ſuo capellano, ad opus ſupradictæ eccleſiæ, & totam decimam de meo dominico, & omnes decimas omnium villanorum, qui habent terram in Dune, nec non & aliorum omnium, quorum decimæ meo tempore adquiſitæ fuerunt, vel quocumque tempore adquirentur. Conceſſi etiam eis imperpetuum. v. ſolidos, qui michi debebantur ſingulis annis pro piſcatoria, quæ vocatur Niwe Were, quæ eſt in territorio de Grean. Teſtibus domno Arnulfo Roſenſi epiſcopo, Johanne Cantuarienſi archidiacono, Herwiſo archidiacono Roſenſi, Joſeph, Edmero monacho Cantuarienſi, Rodberto monacho Sagienſi, Silveſtro,Hugo monacho Roffenſi,Anſfrido capellano,Ansfrido dapifero, & multis aliis de familia noſtra & domni [1] Etrnulfi epiſcopi.

1. Sic.

Cap. 95.

[Fol. 180.

Willelmus, gracia dei Cantuarienſis archiepiſcopus, & ſedis apoſtolicæ legatus, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe & confirmaſſe monachis eccleſiæ Sancti Andreæ de Roueceſtra inperpetuum, eccleſiam de Northfliete, & quicquid ad eam pertinet, ſicut venerabilis pater Anſelmus dedit eis & carta ſua confirmavit, & ſucceſſor ejus Raddulfus prædeceſſor noſter. Eccleſiam quoque de Boxle, cum omnibus beneficiis ad eam pertinentibus, quam Henricus rex in dedicatione prædictæ Roſenſis eccleſiæ in dotem dedit, & Johannes, ejuſdem eccleſiæ epiſcopus, eiſdem monachis conceſſit & dedit, cum omnibus poſſeſſionibus, & beneficiis, & conſuetudinibus, & libertatibus illis hactenus rationabiliter indultis, auctoritate officii, quo fungimur, ipſis confirmamus, & præſentis ſcripti teſtimonio communimus. Si quis igitur contra & donationem & confirmationem tantorum patrum, & noſtram aliquando venire temptaverit; ſit ſeparatus in præſenti à comunione ſanctæ eccleſiæ Chriſti, & in futuro à ſocietate ſanctorum omnium, niſi ad ſatisfactionem venerit. Teſtimonio Herewiſi archidiaconi Cantuarienſis, Gaufridi prioris, Eadmeri monachi Cantuarienſis, Fulconis prioris de Eie, Ricardi archidiaconi de

de [1] Norwie, Willelmi vicecomitis, Ansfridi dapiferi, [2] Haimone filio Vitalis, & aliorum multorum.

Cap. 96.

[Willelmus, rex Anglorum, Walterio vicecomiti, & omnibus baronibus ſuis Francigenis & Anglis de comitatu de Gloëceſtra ſalutem. Sciatis, me dediſſe eccleſiæ Sancti Andreæ de Roueceſtra, & epiſcopo Gundulfo manerium Eſtuna, quod fuit Godæ Comitiſſæ, & quicquid ad illud pertinet, ita ſolidum, & liberum, & quietum, ſicut ipſa Comitiſſa habuit illud unquam melius, & ſicut ego ipſe etiam illud habui in meo dominico, cum omnibus conſuetudinibus quæ Anglice [3] nominatur, ſoca & ſaca, toln, & team, & infangene theof: & hoc facio pro anima patris mei, & matris meæ, & pro anima mea. Teſtimonio Walcelini epiſcopi Wintonienſis, & Rodberti epiſcopi Lincolienſis, & Willelmi cancellarii, & Rannulfi capellani, & Eudonis dapiferi, & Rogerii Bigot, & Hugonis de Euermou.

[Gol. 181.

Stone. recenſ. ori manu.

---

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic.

Cap.

Cap. 97.

R.I. De eccleſia de Tarenteford.

WILLELMUS, dei gracia rex Anglorum, fidelibus ſuis Francis & Anglis ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe eam donationem, quam Haimo dapifer meus fecit eccleſiæ Sancti Andreæ Roſenſis civitatis, de eccleſia quæ eſt in Tarenteford manerio meo, & filii ipſius Haimonis, Rodbertus, & Haimo, me præſente, conceſſerunt eandem patris ſui donationem. Teſtes Rodbertus comes Mellen. Rodbertus comes de Morttolio, & alii multi.

recentiorima: pro Tarent

Cap. 98.

R.I. De Northfleota eccleſia, & de piſcaria.

ANSELMUS, dei diſpoſitione archiepiſcopus Cantuariæ, Hamoni vicecomiti etc. & toti hundret de Tolcetreu, & toti hundret in quo eſt Gillingeham, & omnibus fidelibus Chriſtianis, ſalutem & benedictionem. Notum ſit vobis omnibus, quod ego Anſelmus, gracia dei archiepiſcopus Cantuarienſis, concedo congregationi monachorum, quæ in eccleſia Roffenſi deo ſervit, & in præſenti tempore & in futuro eccleſiam de Northflete, cum omnibus pertinentibus ad eandem eccleſiam, in terris, &

[Fol. 182.

& in decimis, & in oblationibus, & in omnibus aliis rebus. Et remitto de cenſu piſcariæ, qui cenſus vulgo ferma dicitur, quicquid additum eſt ſuper antiquum cenſum à præpoſitis de Gillingeham, ad quod manerium pertinet eadem piſcaria quæ eſt in mari. Erat autem prædictus cenſus olim quinque ſolidi denariorum tantum. Hanc ſummam conſtituo, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum vel præpoſitorum ejuſdem manerii in futuro tranſeat, nec plus aliquid à prædictis monachis pro eadem piſcaria per ſingulos annos, quantumcunque ipſa piſcaria proficiat, unquam requirat. Et hanc parvam largitionem facio pro animabus eorum, qui me in archiepiſcopali ſede Cantuariæ præceſſerunt, & eorum, qui ſucceſſuri ſunt, quatinus ipſi hanc ipſam conceſſionem inviolabilem, & ab omnium malivolorum hominum concuſſione quietam, conſervent; inſuper & pro anima mea, ſi deus ſua gracia michi aliquam partem in hac ipſa elemoſina concedere dignatur. Valete.

Cap. 99.

De Waletuna.

R. I.

Willelmus, rex Anglorum, epiſcopo de Suthfulca, & vicecomiti, & aliis baronibus ſuis Francigenis & Anglis ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe & confirmaſſe donum Rogerii

Rogerii Bigot, quod dedit eccleſiæ Sancti Andreæ de Roueceſtra, ſcilicet eccleſiam Sancti Felicis de Waletuna, cum decimis & omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinent. Teſtimonio Eudonis dapiferi apud Wentoniam.

Cap. 100.

De Rethrauelda.

R. I.

Willelmus, rex Anglorum, epiſcopo de Suthſexa, & vicecomiti, & ceteris baronibus ſuis Francigenis & Anglis ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe & confirmaſſe donum Giſleberti de Tonebrige, quod dedit eccleſiæ Sancti Andreæ de Roueceſtra; ſcilicet eccleſiam de Rethrauelda, & quicquid ad illam pertinet, ſive in decimis, ſive in venationibus, vel in aliis quibus libet rebus. Teſtimonio Rogeri Bigot & Haimonis vicecomitis apud Uuentoniam.

Cap. 101.

Rodbertus Latimier, imminente articulo mortis ſuæ, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ,& monachis illic deo ſervientibus,unum mariſcum, infra inſulam de Grean, pro anima ſua inperpetuum. Quod donum conceſſit libenter archiepiſcopus Anſelmus, de quo tenuit illum. Et monachi habent inde ſingulis annis xxx^ta^. ſolidos.

[Fol: 183. Recentior manu. Origine de Grean. Grain

Cap.

Cap. 102.

Ægelnothus quidam probus homo regis de Hou, ſimiliter dedit eccleſiæ Sancti Andreæ & monachis unum mariſcum in eadem inſula, pro filio ſuo quodam, quem fecit monachum ibi. De quo mariſco habent monachi xv. ſolidos uno quoque anno. Et hoc donum quoque conceſſit Anſelmus archiepiſcopus.

Cap. 103.

Osbernus de Biliceham accepit ſocietatem Monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & ideo conceſſit eis decimam de Geddinge terra ſua æternaliter, de qua habent per ſingulos annos duodecim ſolidos monachi.

Cap. 104.

Lyafrun, quæ fuit uxor Syuuardi de Hou, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ, & monachis ibidem deo ſervientibus, poſt mortem ipſius viri ſui Syuuardi, unum mariſcum, infra inſulam de Grean, pro anima ſua, & pro anima ipſius Syuuardi mariti ſui, æternaliter poſſidendum, & hoc donum fecit in tempore Gundulfi epiſcopi. Poſt mortem vero ipſius epiſcopi,

quidam Uulfuuardus, cognomine Henricus, de Hou, calumniatus eſt ipſum mariſcum, dicens, ſuum eſſe debere per conſanguinitatis parentelam. Sed infra calumniam illam infirmatus eſt ad mortem. Unde requirens monachiles pannos à monachis Sancti Andreæ, & quia impetravit quod petiit, calumniam illam (pro amore dei, & redemptione animæ ſuæ) dimiſit, & ipſum mariſcum eccleſiæ Sancti Andreæ, & monachis ejus omnino quietum clamavit in ſecula ſeculorum. De quo ſingulis annis habent monachi inde quadraginta ſolidos.

Cap. 105.

Wlfuuardus de Hou, cognomine Henricus, accepit ſocietatem Monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, pro qua dedit eis totam decimam ſuam de Cobbeham. Poſtea vero alia vice decimam ſuam de Hou dimidiam conceſſit eis, & terciam partem ſuæ ſubſtantiæ poſt mortem ſuam. Quod uxor illius, & filius ſuus Rodbertus, & fratres ſui, Hereuuardus videlicet, & Siuuardus, & Eduuardus, libentiſſime conceſſerunt.

recentiori manu Cobham Dec.ª

Cap. 106.

Eadmær de Tarente dedit monachis eccleſiæ Sancti Andreæ dimidiam decimam ſuam de Clæidune pro filio ſuo, quem fecerunt Monachum.

E Fol. 184.

Cap.

Cap. 107.

Arnulfus de Cilesfelda dedit epiſcopo Gundulfo, & Monachis Sancti Andreæ Roſe, totam medietatem totius decimæ ſuæ de Cilesfelda, annonam ſcilicet & agnos, & porcellos, & caſeos, & vitulos, & pullos ſi ibi ſunt equarum, & unum villicanum cum quinque acris terræ pro anima patris ſui & matris ſuæ, & pro ſe ipſo. Et epiſcopus & Monachi ſuſceperunt ipſum Arnulfum cum uxore ſua, & homines ſuos quos & quot volebat, in fraternitatem, & in ſocietatem totius beneficii ipſius eccleſiæ, & ſuper hoc fecerunt unum annuale miſſarum pro defunctis patre & matre. Et iſti ſunt teſtes hujus rei. Anſcetillus archidiaconus, Radulfus prior Cadomi, Hunfridus monachus, Radulfus clericus, Simon dapifer epiſcopi, Atheloldus frater ejus, Wido Biſet, Haimfridus dapifer Arnulfi, & alii multi.

Cap. 108.

Notandum [1] quod de conſtitutione capituli Roffenſis proviſum eſt, quod quicquid percipit epiſcopus tam in veſtiariis quam in calciariis per manus Camerarii, & quicquid percipit in cereis & exeniis & conſuetis per manus ſacriſtæ de proventibus eccleſiæ de Norflete recipit.

1. Vide cap. 149, & 171.

Cap. 109.

De terra Eudonis dapiferi de Bugeleia ſolebat habere Anſcentillus archidiachonus Cantuarberiæ decimam, de Langeleia decimam de caſeis & de porcis, de Suttune de caſeis & de beſtiis, de Leeburna de caſeis & de beſtiis, de Readlega de caſeis & de beſtiis, de Culinga & de Merelea de omnibus rebus.

recentiori manu Merley

Cap. 110.

Eudo dapifer regis dedit Sancto Andreæ omnes illas decimas quas Adam frater ſuus quondam dederat Anſchetillo archidiacono Cantuarberiæ, & quas idem Anſchetillus poſtea conceſſit Sancto Andreæ.

Cap. 111.

Rodulfus pincerna Eudonis dedit Sancti Andreæ Monachis quandam decimam ſuam de Culingis, valentem v. ſolidos per annum, pro anima patris & matris.

recentiori manu Cooling

Cap. 112.

Robertus de Hedenham omnem ſuam decimam de Hedenham dedit Sancto Andreæ.

Cap.

Cap. 113.

Robertus de Langeleia cum uxore ſua habet ſocietatem noſtram, & dedit nobis ſuam decimam de Langeleia, & quando obierint ſepeliemus eos, & habebimus partem ſuæ ſubſtantiæ quantum unicuique pertinet.

Cap. 114.

Adeloldus, frater Balduini noſtri monachi, dedit nobis omnem ſuam decimam, etiam de mobili pecunia, & quando de hac vita migraverit omnem ſuam partem totius pecuniæ ſuæ, & præter hoc ſuos equos & ſua arma; & conceſſimus ei fraternitatem & ſocietatem noſtri monaſterii. [Fol. 185.

Cap. 115.

Hugo de Port habet noſtram ſocietatem, & dedit nobis concedentibus filiis ſuis uno quoque anno. xx. ſolidos ad paſca videlicet pro decima de ſuo manerio quod vocatur Ærhetha, & hanc donationem poſuit ſuper altare Sancti Andreæ ipſe, & uxor ejus, & filii ejus per cultellum ſuum.

Cap. 116.

Rodbertus de Sancto Amando accepit ſocietatem noſtram, & dedit Sancto Andreæ medietatem decimæ ſuæ de Heſcendena. Poſtea dedit nobis aliam medietatem, cum eccleſia quæ ibi, pro filio ſuo, quem fecimus monachum.

Cap. 117.

Geroldus, homo Haimonis vicecomitis, concedente eodem Haimone, dedit nobis quandam decimam, quæ valet per annum xx. ſolidos, pro filio ſuo, quem fecimus monachum.

Cap. 118.

Ulmerus, homo Arnulfi de Heſdinc, conſilio Adeloldi, fratris Balduini noſtri monachi, accepit noſtram ſocietatem, & dedit nobis ſuam decimam, quæ valet per annum decem ſolidos.

Cap. 119.

Rodbertus de Borcſtealle omnem ſuam decimam de terra ſua conceſſit Sancto Andreæ æternaliter.

Cap. 120.

RANNULFUS filius Uualterii conceſſit Sancto Andreæ ſuam decimam de Seſmundeham, quæ uno quoque anno valebit nobis octo millarios de harenc, & hos harengos faciet nobis habere Radulfus Delboſc. Teſtes Radus filius Uuillelmi, & Ravennarius, & Radus Picot, & Ælmerus monachus Cantuariæ.

Cap. 121.

HÆC eſt conventio, quam Haimo filius Vitalis fecit verſus Gundulfum epiſcopum de Roueceſtra, quod ipſe Haimo dedit epiſcopo & monachis eccleſiam de Sturmutha & ſuam dominicam decimam totam, cum omnibus conſuetudinibus quæ ad eandem eccleſiam pertinent, & IIII^{or}. acros terræ, qui in eccleſia ſunt, & in eodem manerio paſturam ad centum oves. Et hoc fecit pro anima patris ſui, & matris ſuæ, & pro ſua, & propter hoc quod quendam fratrem ſuum fecit monachum in eccleſia Sancti Andreæ. Et hæc ipſa conventio fuit facta coram Anſelmo archiepiſcopo, ita quod ipſemet affuit, & ita fieri conceſſit. Et iſti ſunt teſtes qui affuerunt. Baldeuuinus monachus, Wido monachus, Ansfridus clericus, Radulfus Came-

Camerarius, Ivo de mala villa, & alii plures de familia archiepiſcopi. Et Willelmus de Eteſham.

Cap. 122.

[Fol. 186. [Radulfus Maleſmæins accepit ſocietatem Monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & ideo conceſſit eis ſuam decimam de Stoches. Poſt mortem vero ipſius, Rodbertus Maleſmæins, filius ſuus, pro ſalute animæ ſuæ, & pro animabus patris & matris, hoc conceſſit imperpetuum.

Cap. 123.

Willelmus de Cloevilla dedit æternaliter duas partes decimæ de Acle Monachis Sancti Andreæ Roſenſis eccleſiæ, pro filio ſuo, quem ibi fecerunt Monachum. Et hoc Gosfridus Talebot dominus ſuus conceſſit.

Cap. 124.

Godefridus de Scræmbroce & uxor ejus acceperunt ſocietatem Monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & ideo dederunt illis monachis ſuam dominicam decimam æternaliter.

Cap.

Cap. 125.

De Wicham terra Sancti Andreæ, quam epiſcopus Gundulfus dedit Goisfrido Talebot, retinuit idem epiſcopus omnem decimam omnium rerum ad opus Monachorum ſuorum, quam & dedit illis æternaliter poſſidendam.

recent: manu. Wikam, omnes Decimæ.

Cap. 126.

Gotcelinus de Hænherſte accepit ſocietatem Monachorum Sancti Andreæ Roffenſis eccleſiæ, & ideo dedit eis ſuam dimidiam decimam de terra ſua illic, & totam decimam ſuam de terra ſua in Freondesberia.

recent: manu Dec: de Henham

Cap. 127.

Donatio Henrici regis. R. I.

Henricus, rex Anglorum, Anſelmo archiepiſcopo, & Haimoni dapifero, & omnibus baronibus ſuis Francigenis & Anglis de Cant. ſalutem. Sciatis, me dediſſe eccleſiæ Sancti Andreæ, & epiſcopo Gundulfo de Roueceſtra, eccleſiam de Eilesforda, cum terra, & decima, & omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinent. Similiter eccleſiam de Suthtuna, cum tota decima in annona & beſtiis, & paſnagio, &

molendinis, & in omnibus aliis rebus. Et eccleſiam de Wleuuic, cum tota decima. Et dimidiam decimam meam de Tarenteforda in annona tantum, & totam decimam meam de Eſtrotes, & totam decimam meam de Cealces. Et hoc facio pro anima patris mei, & matris meæ, & pro anima mea, & uxoris meæ, teſtibus Eudone Dapifero & Haimone Dapifero apud Roueceſtram.

recentioris manu Chalk.

Cap. 128.

R.I.

Item de eodem.

Henricus, rex Anglorum, Anſelmo archiepiſcopo,& Haimoni Dapifero,& omnibus baronibus Francis & Anglis de Chent, ſalutem. Sciatis, me dediſſe Sancto Andreæ de Roueceſtra, & Gundulfo epiſcopo, & monachis ejuſdem loci, eccleſias de Tarenteford, & de Ailesfort, & omnes [eccleſias ipſis eccleſiis ſubjacentes,& omnes decimas villarum illarum in quibus ſunt prædictæ eccleſiæ,in annona, in paſnagio, in pecunia, & in omnibus aliis rebus, ſicut Sanctus Auguſtinus melius habuit in tempore patris [1] mei eccleſiam de Mildeltona cum decimis ejuſdem villæ. Et decimam balenarum, quæ captæ fuerint in epiſcopatu Rofenſi, ſimiliter concedo prædicto Sancto; & volo & firmiter

[fol: 187.

1. Sic, ſine ulla diſtinctione poſt *mei*.

præci-

præcipio, ut prædictus Sanctus, & epiſcopus, & monachi ipſas eccleſias, cum decimis, ſicut prædixi, teneant firmiter & perhenniter, ita quod à nullo eis fiat inde injuria. Teſtibus Rotberto epiſcopo Lincoliæ, & [1] Willelmi Gifardo cancellario, & Eudone Dapifero, & Haimone Dapifero, & Willelmo de Asbineio, & Willelmo Peurel de Doura, apud Roureceſtram in feſto Sancti Gregorii.

Cap. 129.

De Niuue Uuere. R. I.

HENRICUS, rex Anglorum, Haimoni Dapifero, & Hugoni de Boch̄: ſalutem. Prohibeo ne piſcatores [2] peſcant in Tamiſia ante piſcaturam de Roueceſtra de Niuuera. Et ſi ulterius inveniuntur piſcantes, ſint michi foris facti. Teſte Wald̄ cancellario apud Weſtmoſter.

Cap. 130.

De little Uuroteham. R. I.

HENRICUS, rex Anglorum, Anſelmo archiepiſcopo, & Haimoni vicecomiti, & omnibus baronibus ſuis Francigenis & Anglis de Chent ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe do-

1. Sic. 2. Sic.

num illud, quod Gausfridus Talebot dedit eccleſiæ Sancti Andreæ & epiſcopo Gundulfo de Roueceſtra pro anima ſua, ſcilicet medietatem parvi Broteham. Teſtibus Anſelmo archiepiſcopo, & Roberto epiſcopo Lincoliæ, & Roberto Comite de Mellent, & Roberto filio Haimonis.

recent: manu Wroteham Vet.

Cap. 131.

R. I. De Feria Sancti Paulini.

Henricus, rex Anglorum, Anſelmo archiepiſcopo, & Haimoni vicecomiti, & omnibus hominibus de Cænt, & omnibus baronibus ſuis totius Angliæ ſalutem. Sciatis, me dediſſe & conceſſiſſe eccleſiæ Sancti Andreæ apoſtoli, & Sancti Paulini confeſſoris, & epiſcopo Gundulfo, & monachis ejuſdem eccleſiæ, unam feriam omni anno celebrandam duobus integris diebus in civitate Roueceſtra, id eſt, ipſa die feſtivitatis Sancti Paulini, & priori die ante ipſam feſtivitatem, & totum Theloneum quod inde eveniet quietum cum omnibus conſuetudinibus feriæ, tam extra civitatem quam infra, in honorem prædictæ eccleſiæ, & ipſorum Sanctorum. Teſtibus Willelmo de Wereluuaſt, & Eudone Dapifero,& Haimone Dapifero,& Willelmo Peurel, & Haimone Peuerel.

recent: manu Feria

Cap.

Cap. 132.

De Ælham. R. I.

[✠EGO Willelmus de Albnneio, pincerna regis, concedo deo & Sancto Andreæ de Roueceſtria, & monachis ejuſdem loci, totam meam decimam de villa mea, quæ vocatur Ælham, in omnibus rebus, ſcilicet de bleio, & de paſnagio, & de molendinis, & de pecudibus, & de lana, & de caſeis: & unam carrucatam de terra in Acheſtede, & unum boſcum quod vocatur Acholte, quæ duo jacent in Ælham; & medietatem decimæ de Biſeuuitune, in omnibus rebus, pro anima domini mei Willelmi regis, & Henrici regis, atque pro anima mea, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & fratris mei Nigelli, & nepotis mei Hunfridi, & aliorum parentum meorum vivorum atque mortuorum. Teſtibus militibus meis Nigello del Waſt, Ansfredo capellano, Radulfo de Chieresburh, Ricardo Caneleu, Anſgoto Camerario, Rogero de Ælham, Radulfo clerico epiſcopi Gundulfi, & Ansfredo Dapifero ejus.

[Fol. 188. recentima decima d' Elham.

Cap.

Cap. 133.

R. I. **Item de Ælham.**

HENRICUS, rex Anglorum, Anſelmo archiepiſcopo, & Haimoni Dapifero, & omnibus baronibus ſuis & fidelibus de Chent, ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe eccleſiæ de Roueceſtra, & Sancto Andreæ terras illas, & decimas, & boſcum quod Willelmus de Albini dedit eis. Et volo, ut honorifice teneant, ſcilicet decimam de Ælham de dominico ſuo, & terram. I. carruc. & boſcum quod Robertus filius Watſon tenuit de Willelmo prædicto, & medietatem decimæ de Biſuitona de dominio ſuo. teſt. Rogero epiſcopo & canc. apud Wintoniam.

Cap. 134.

ROGERIUS de Ælham accepit ſocietatem monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & ideo dedit eis dimidiam decimam de terra ſua in Ælham de omni re.

Cap. 135.

EALDULF de Scærlesfelda accepit ſocietatem illorum, & dedit eis dimidiam decimam de terra ſua in Ælham de omni re, & dimidiam

midiam decimam de terra ſua in Limmingis ſimiliter de omni re.

Cap. 136.

Leofuuine Scone de Bere accepit ſimiliter ſocietatem monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & conceſſit illis dimidiam decimam de terra ſua in omnibus rebus.

Cap. 137.

[1]Baldeuuinus on Offerlande dedit ſimiliter dimidiam decimam ſuam de terra ſua in omnibus rebus pro ſocietate illorum. Lib. Fol. 189

Cap. 138.

Eaduuord on Offerlande dimidiam decimam ſuam dedit illis de terra ſua de omni re pro ſocietate illorum.

Cap. 139.

Blakeman of Flotbeame ſimiliter dimidiam decimam ſuam dedit illis de omni re pro ſocietate illorum de terra ſua.

1. Sic.

Cap.

Cap. 140.

LEOFUUINE on Acſtede dimidiam decimam ſuam dedit illis de tera ſua de omnibus rebus pro ſocietate illorum.

Cap. 141.

ULFRICUS ſe mangere pro ſocietate illorum dedit eis ſimiliter dimidiam decimam ſuam de terra ſua in omnibus rebus.

Cap. 142.

RAINALDUS de Boeuuike, pro ſocietate illorum quam accepit, dedit eis dimidiam decimam de terra ſua, quam tenebat de terra Hunfredi, diſpenſatoris Willelmi de Albini.

Cap. 143.

RADULFUS de Chieresburh, Dapifer Willelmi de Albini, pro ſocietate illorum,[1] unicuique anno promiſit ſe daturum quingentas anguillas.

Cap. 144.

HERBERTUS de Gatindene, pro ſocietate illorum quam accepit, dedit eis totam

1. Sic.

tam decimam ſuam, aut quadraginta denarios, aut valentem in anguillis. Iſti omnes homines Willelmi de Albini, ſcilicet Rogs. Eald. Leofuuinus, Baldˢ, Eadpord, Blakemˢ. Leofuuinus, Wlfr. Rainˢ. Radulphus, Herbertus, ſupradictas donationes æternaliter conceſſerunt monachis eccleſiæ Sancti Andreæ, concedente & confirmante eodem Willelmo de Albinneio domino ſuo.

Cap. 145.

Ulgerius, nepos Geroldi, patris Turſtini noſtri Monachi, dedit nobis ſuam decimam de omni terra ſua, pro ſocietate noſtra, quam tunc habebat, & promiſit, ſi plus adquireret terræ, ſimiliter ſe daturum omni tempore.

Cap. 146.

Gosfridus de Ros dedit æternaliter decimam ſuam de Ealdeham monachis Sancti Andreæ pro anima uxoris ſuæ, quæ terra pertinet ad Wroteham, & ipſi monachi facient anniverſarium illius uxoris ſingulis annis.

---

recentl: manu Præpositus Rofe

Cap. 147.

GUNDULFUS de Rofeceſtra, frater Grentonis præpoſiti ejuſdem villæ, in articulo mortis ſuæ dedit monachis Sancti Andreæ manſam ſuam pro anima ſua æternaliter. Pro quo beneficio ipſi monachi facient illius anniverſarium ſingulis annis quæ reddit.

Cap. 148.

Fol: 190. [WILLELMUS filius Willelmi de Horſburdenne dedit æternaliter decimam ſuam de Crankeberga monachis Sancti Andreæ pro anima uxoris ſuæ, quæ terra pertinet ad Mæruurtham, & ipſi monachi facient anniverſarium illius uxoris ſingulis annis.

Cap. 149.

REMEMORAND.[1] quod de conſtitutione capituli Roffenſis proviſum eſt, quod quicquid percipit epiſcopus, tam in veſtiariis quam in calciariis, per man̄ camerarii, & quicquid percipit in cereis & exeniis & conſuetis per man̄ ſacriſtæ, de proventibus eccleſiæ de Norflete recipit.

---

1. Hæc eadem etiam habentur cap. 108, & 171.

Cap. 150.

de Gurnæig

Willelmus de Editune conceſſit etiam illis decimam ſuam pro ſocietate quam accepit, valentem per annum v. ſol.

Cap. 151.

Gosfridus de Deltſa cum uxore & filiis acceperunt ſimiliter & ipſi ſocietatem,& conceſſerunt totam decimam ſuam de Deltſa.

Cap. 152.

Heimfred, homo Ernulfi de Cilesfeld, pro ſocietate quam accepit, conceſſit decimam de terra ſua quam habebat in Cileſfeld.

Cap. 153.

Hunfridus Canuth de Stælesfelda,pro ſocietate Monachorum Sancti Andreæ, conceſſit eis decimam ſuam, valentem per annum x. ſolidos.

Cap. 154.

Smaleman de Cobbeham pro ſocietate illorum conceſſit eis de duabus terris ſuis partem decimæ, ſcilicet de una duas partes, de alia terciam partem.

Cap. 155.

recentior manus London

Rodbertus camerarius, filius Willelmi, vendidit Ernulfo epiſcopo, domino ſuo, terram, quam tenebat in Lundonia. xx. ſol. & epiſcopus conceſſit perpetualiter ad comparanda ex eadem luminaria eccleſiæ Sancti Andreæ, quæ reddit.

Cap. 156.

Hugo de Niueham, pro ſocietate quam accepit cum uxore & filio Fulcone, & pro anima patris & matris & fratrum, dedit monachis Sancti Andreæ eccleſiam de Northtuna, cum omni terra quæ ad illam pertinebat, & dimidiam decimam de omni re quæ ad villam pertinebat. Unde habent monachi per annum unam marcam argenti.

Cap. 157.

Ingelburgis, quæ fuit uxor Herulfi ſutoris, dedit manſam ſuam monachis Sancti Andreæ quatinus ipſi tribuerint ei victum & veſtitum de elemoſinis illorum omni vita ſua, & ſocietatem conceſſerunt, & ſervitium in fine ſicut pro ſorore promiſerunt facere.

Cap. 158.

Ægelricus presbyter de Cettham, qui quondam canonicus eccleſiæ Sancti Andreæ extiterat, pro anima uxoris ſuæ Godgyfe, & pro eo quod ſepelierunt eam honorifice monachi, dedit eis unam manſam reddentem. xii. denarios per annum. [Fol. 191.

Cap. 159.

Ricardus Brutin de Gillingeham cum uxore & filio dedit monachis eccleſiæ Sancti Andreæ omnem decimam ſuam, ſcilicet in annonam in agnis, in porcellis, in caſeis, & vitulis, & omnibus aliis rebus pro fratre ſuo, quem fecerunt monachum, & pro ſocietate ſua quam ei conceſſerunt. recentiori manu Westcott

---

Cap.

Cap. 160.

Ricardus, filius Malgerii de Rokeſle, cum uxore & filio acceperunt ſocietatem monachorum eccleſiæ Sancti Andreæ, & ideo illis conceſſerunt omnem decimam ſuam de Totintuna terra ſua æternaliter in omnibus rebus.

Cap. 161.

Ælfuuine preoſtes ſunu cum uxore ſua dederunt eccleſiæ Sancti Andreæ & monachis illic deo ſervientibus unum mariſcum, infra inſulam de Grean, pro animabus ſuis inperpetuum. Pro quo beneficio ipſi monachi ſervitium in fine promiſerunt facere, ſicuti pro fratre & ſorore.

Cap. 162.

Eadric de Heſcendena cum uxore & duobus filiis acceperunt ſocietatem noſtram eo pacto, ut quando obierint faciemus ſervitium pro eis, ſicuti pro fratribus, & habebimus decimas æternaliter de terris illorum quas habent in Borcſtealla, & in Freondesberia in annona tantum.

Cap.

Cap. 163.

EGO Hugo, filius Fulconis, aſſenſu uxoris meæ Emmæ, & filiorum meorum .... Fulconis, & aliorum, conceſſi deo, & Sancto Andreæ, & monachis ejus, terram meam de Sutgate, quæ eſt juxta horreum eorum, ſolidam & quietam pro XII. denariis, uno quoque anno, in feſtivitate Sancti Michaëlis, pro ipſa terra michi vel miniſtro meo repetenti reddendis. Teſtibus Heruiſo [1] ardiacano, & Albano, & Warnerio monachis Cantuarienſibus, & Hunfrido, & Rodberto, & Ricardo Roffenſibus, & Oſmundo & Letardo Ernulfi epiſcopi ſervientibus, & Willelmo Coco & Huberto noſtris hominibus, & Gosfrido de Clouilla, & Simone filio Alulfi, & multis aliis.

Cap. 164.

GOLDUUINUS, cognomento Grecus, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ & monachis, pro filio ſuo ibidem facto monacho, duas hagas terræ in Roueceſtra, pertinentes ad Frendesberiam, & partem terræ regis quæ eſt juxta ipſas hagas. Præter has autem hagas dedit & dimidiam hagam juxta cimiterium appendentem ad Borchſtellam; ſed iſtam dimidiam hac conventione dedit, quod eam tenebit, donec monachi alias

[Fol. 192. recentiori manu Borstall.

1 Sic.

alias hagas hinc & inde habeant, & domos auferant ad ampliandum cimiterium ſuum. Et tunc ſine omni mora vel contradictione tradet eam in manus monachorum, vel ipſe ſi vixerit, vel uxor & filii ejus ſi mortuus fuerit. Hujus conventionis teſtes ſunt, Heruiſus [1] ardiaconus, Radulfus clericus & Rodbertus filius ejus, Golduinus presbyter, Gelduinus & Rodbertus monetarii, Gudredus filius Diringi, Stephanus filius Goduuini, Uuiet filius Goduuini, & alii multi.

Leest Scutum in Autog:

Cap. 165.

EGO Rodbertus, Henrici regis filius, concedo eccleſiæ & monachis Roureceſtre, pro meæ animæ & Roberti Hamonis filii animæ ſalute, terram illam, & conſuetudines, ac quietudines quas idem Robertus filius Hamonis eis apud Merlauam in elemoſina dedit & conceſſit; & volo ac præcipio, quod eas ita libere & quiete teneant, ſicut eas tempore prædicti Roberti liberius, quietius, melius, tenuerunt. Teſtim̄ Giſleb̄ [2] Dapifero.

recentiori manu Robertus Regis filius.

Cap. 166.

HÆC eſt conventio, quam fecit Coc cum epiſcopo Ernulfo, & monachis Sancti Andreæ apoſtoli, videlicet, quod conceſſit terram

1. Sic. 2. Sic.

ram illam, in qua manebat, cum domibus quæ ſuper eandem terram erant, Sancto Andreæ & monachis ejus æternaliter poſſidendam poſt obitum ejus, & uxoris ipſius. Et hoc fecit pro filio ſuo, quem [1] idem monachi ad Monachatum receperunt. Teſtibus his, Rodberto & altero Rodberto Haliman presbyteris, Radulfo clerico, Hugone, Willelmo, Radulfo de Sancto Claro, Rodberto filio Willelmi de Clouil, Hugone diacono & Nigello præpoſitis de Roueceſtria, Letardo præpoſito monachorum, Golduuino Greco, Gudredo, Eduuino fot, Godrico filio Uuennith, Heimone filio Ceneſtan, Willelmo Le Blund, Sinot mercatore, Willelmo portario, & multis aliis.



deest Vacuum in Autogra pho.

Cap. 167.

Goduuinus, filius Edith, dedit dimidiam manſam ſuam eccleſiæ Sancti Andreæ & monachis, pro filio ſuo, ibidem facto monacho, pertinentem ad Borcſtelle. Teſtibus Golduuino presbytero, Eaduuino fot, Gudredo filio Diringi, & multis aliis.



deest in autog.

Cap. 168.

[Hæc eſt conventio, quam Gosfridus Petit fecit cum monachis Sancti Andreæ. Quadam vice pene ad mortem infirmabatur, & ideo

[Fol. 193.

1. Sic.

ideo requiſivit ab eis monachiles pannos ad ſuccurrendum, vel tunc, vel quando obiret. Qui conceſſerunt ei pro una haga, quam dedit illis æternaliter habendam, quæ reddit & pro aliis beneficiis multis. De qua haga debet habere præpoſitus regis XII. denarios de gabla ad nativitatem Sancti Johannis Baptiſtæ. Teſtim. Ricardus nepos ipſius Gosfridi, Haimo filius Keneſtani, & Eaduuardus homo ipſius Gosfridi, & alii plures.

CAP. 169.

HÆC eſt conventio, quam fecit Geldeuuinus monetarius cum epiſcopo Ernulfo & monachis Sancti Andreæ apoſtoli, videlicet, quod conceſſit manſionem ſuam, quæ juxta cimiterium monachorum, quietam & liberam, quæ reddit ei IIII^or. acros terræ pertinentes ad Borcſtelle, & VI. pertinentes ad Deltſam, æternaliter poſſidendam Sancto Andreæ, & monachis ejus, pro eo, quod [1] idem monachi ipſum ad monachatum receperunt. Hujus conventionis Teſtes ſunt eccleſiæ Sancti Andreæ prior Orduuinus & totus conventus fratrum, Heruiſus ejuſdem eccleſiæ archidiaconus, Radulfus clericus, & filius ejus Rodbertus, Stephanus filius Goduuini, Haimo filius Keneſtani, Gudred filius Leofgeti, & alii plures Franci & Angli.

1. Sic.

CAP.

Cap. 170.

HÆC eſt conventio inter præpoſitum Frendesberiæ, & cives Roſenſes, propter opus brais, & grut. Omni anno unaquæque manſura reddet ſex denarios. Hujus conventionis & redditionis teſtes ſunt, Orduuinus prior, Clemens Monachus, Martinus Monachus, Hundfridus Monachus, Ansfridus Dapifer, Rogerus de Hallingis, Radulfus clericus, Keneſtanus, Gosfridus parvus, Lifuuinus dore, Rodbertus monetarius, Eaduuardus dan, Ricardus batnoiſe. Dimidium hujus cenſus reddendum eſt ad feſtivitatem Sancti Michaëlis, & altera pars ad purificationem Sanctæ Mariæ.

Cap. 171.

NOTANDUM, [1] quod de conſtitutione capituli Roffenſis proviſum eſt, quod quicquid percipit epiſcopus, tam in veſtiariis quam in calciariis, per manum camerarii, & quicquid percipit in cereis, & exeniis, & conſuetis per manum ſacriſtæ de proventibus eccleſiæ de Norflete recipit. [[Fol. 194.

1. Hæc eadem jam ſupra etiam habuiſti, cap. 108, & 149.

Cap. 172.

De terra Hakefiſc debet dare ſecretarius de gabla ad nativitatem Sancti Johannis xxxi. denarios, & unum obolum.

De terra Golduuini grec, duos denarios & obolum ad eundem terminum.

De terra Gundulfi, unum denarium & quadrantem ad eundem terminum.

De terra Godrici, xv. denarios in tercia feria Paſcæ primæ ſeptimanæ, & vi. ad feſtivitatem Sancti Petri menſe Auguſto.

De terra Gosfridi Pitit. xii. denarios ad nativitatem Sancti Johannis.

De terra Coc. x. denarios iii. feria Paſcæ, & vi. ad vincula Sancti Petri.

Cap. 173.

Gausfridus de Deltſa dedit nobis.xxx. acros terræ juxta Preſtafelda, pro filio ſuo, quem fecimus monachum. Quod conceſſit Herebertus filius ejus. Sed & Walterius Tirel, dominus ipſorum, conceſſit poſtea & confirmavit, quia pro ipſa conceſſione accepit ſocietatem noſtram, & ita poſt acceptam ſocietatem poſuit cultellum ſuum ſuper altare Sancti Andreæ.

Cap. 174.

[Godricus de Deltſa accepit ſocietatem noſtram, & ideo conceſſit nobis ſingulis annis decimam de annona ſua. [Fol. 195.

Cap. 175.

Notum ſit omnibus, tam poſteris quam præſentibus, quod Gosfridus de Delſa, conſenſu Domini ſui, & filiorum ſuorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ quandam partem terræ ſuæ, quam habebat in Delſa, cum filio ſuo quem in eadem eccleſia monachum fecit; quam terram eccleſia & monachi tota vita Gosfridi, & multo tempore Hereberti heredis ſui, tenuerunt in pace & ſine omni calumnia. Orta vero quadam diſcordia inter monachos & Herbertum, ipſe Herbertus cœpit calumniare partem terræ, quam pater ſuus dederat eccleſiæ, dicens, monachos plus terræ ſuæ quam pater ſuus eis dediſſet uſurpaſſe. Propter quam diſcordiam & calumniam pacandam & in æternum finiendam, monachi dederunt ei. x. ſolidos, & unum palefridum valentem. x. ſolidos, & ipſe clamavit quietam ipſam calumniam pro anima patris ſui, & ſua, & uxoris ſuæ, ac filiorum ſuorum, ita quod monachi nullum ſervitium, nullam conſuetudinem debent facere, neque de illa terra

terra quæ fuit ſine calumnia, neque de illa de qua mota eſt calumnia, niſi ſolummodo ſcotum regis, quod vocatur denegeld, & tunc tota illa terra defendet ſe ad ipſum ſcotum pro xx^ti. acris. Teſtibus his, Martino monacho celarario, Hunfrido monacho, Warnerio monacho Cantuarienſi, Heruiſo [1] ardiacono, Rodberto Doffo-renſi, Adelardo, Willelmo Coco, Hunfrido portario, Northmanno, Birthtrico de Suthgate, & multis aliis.

Cap. 176.

Fol. 196. R. I. Hæc ſunt quæ ordinata ſunt à domino noſtro Gundulfo epiſcopo ad veſtitum monachorum.

De Roueceſtra x. libras. De molendino ejuſdem villæ. xxx. ſolidos. De Cellario. xxiiii. ſolidos. De Frandesberia. v. libras. & x. ſolidos. De Stoches. xxx. ſolidos. De Fletis. iiii. libras & x. ſolidos. De Wldeham, majori & minori, xxx. ſolidos. De Hederham. v. libras. De Tarenteford. ii. libras. De Northfletis iii. libras & x. ſolidos. De Cantuarie iii. libras. De Bullocesfelde. ii. libras. De Grean xv. ſolidos. De Ærhetha. xx. ſolidos. De Adeloldo de Cilesfelda x. ſolidos. De Uulmero ejuſdem villæ x. ſolidos. Rodbertus de Uuate villa. xv. ſolidos. Radulfus pincerna. vi. ſolidos & viii. denarios. De archidiacono x. ſolidos. Willelmus de

1. Sic.

de Editune v. ſolidos. Heimfred. vi. ſolidos & viii. denarios. Hunfrith Canuth x. ſolidos. Radulfus pincerna. v. ſolidos. de Culingis. Et omnes decimas quas Anſchetillus archidiaconus de Cantuaria tenebat de Adam fratre Eudonis dapiferi.

Osbernus de Biliceham. xii. ſolidos. Godefridus de Scræmbroce. x. ſolidos. Ulgerius nepos Geroldi. v. ſolidos. De Æilesford. xx. ſolidos. De Suthtune xx. ſolidos. De Uuleuuic. iiii. ſolidos. De Ciſelherſte. iiii. ſolidos.

Cap. 177.

Ernulfus, Roſenſis epiſcopus, omnibus hominibus de Buckingeham Francis & Anglis ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe eccleſiæ Sancti Andreæ de Roueceſtra, ad luminaria ejuſdem eccleſiæ, eccleſiam de Edenham, & terras & decimas omnes, quas ipſa eccleſia hucuſque habuit, vel deinceps habere poterit, cum omnibus rebus in campis, & pratis ad ipſam eccleſiam pertinentibus. Decimam etiam de dominio de Edenham & de Cudintuna in annona, in vitulis, in agnis, in puleinis, in purcellis, unam quoque hagam, & dimidiam hidam terræ in Hedenham, quas Ansfridus clericus in vita ſua tenuit. Hæc omnia conceſſi & dedi eccleſiæ Sancti Andreæ, ut ipſa eccleſia deinceps inperpetuum hæc habeat & teneat pro

pro anima mea, ita ut ſecretarius eccleſiæ, quicunque ille fuerit, poſt obitum meum ſingulis annis in die anniverſarii mei det pro anima mea decem ſolidatas panis pauperibus, & xx^ti. ſolidos in refectorium fratribus. Hujus conceſſionis teſtes ſunt, eccleſiæ Sancti Andreæ prior Orduinus & totus fratrum conventus, Heruiſus ejuſdem eccleſiæ [archidiaconus, Rodbertus Dofforenſis, Egeluuordus & Helias clerici, Anſfridus dapifer & miles ejus Wuillelmus de Sancto Albano, Willelmus de Cuſintuna cum filio ſuo Wimundo, Radulfus Picot de Stiſteda, Robertus & Ricardus cubicularii, & plures alii Franci & Angli.

L Fol: 197.

Cap. 178.

Notum ſit omnibus tam poſteris quam præſentibus Sanctæ Roſenſis eccleſiæ fidelibus, quod ego Ernulfus, ejuſdem eccleſiæ epiſcopus, conceſſi inperpetuum, ad ædificandas & ſuſtentandas domos monachorum, denarios, quos presbyteri parochiani ſolent reddere, vel quando criſma accipiunt, vel ad ſynodum conveniunt. Teſte Heruiſo archidiacono, Guarnerio Cantuarienſi monacho, Rodberto Dofforenſi canonico, Ansfrido dapifero, Athelardo, Ricardo, Gosfrido, Scotlando, Elſtano filio Adelardi, Osberno filio Oſmundi, & multis de familia noſtra, & aliis.

deest scutum

Cap.

Cap. 179.

HÆC eſt elemoſina quam dominus Ernulfus epiſcopus, conſenſu & rogatu monachorum, conſtituit ſingulis annis faciendam, pro anima patris noſtri Gundulfi epiſcopi in anniverſario ipſius. Secretarius debet dare quadraginta denarios.

Camerarius quadraginta denarios.

Celararius quadraginta denarios, & unum millenarium allecium. Hedreham quattuor ſolidos & duos ſalmones. Frendesberi, Deuintuna, Flietes, Wldeham ſex ſolidos, & duos ſalmones. Stoches duos ſalmones. Lamhetha unum. Suthuuerca unum. Hos viginti ſolidos recipiet celararius, & empto inde pane, & allece, ipſe cum elemoſinariis diſtribuet ipſa die pauperibus. Salmones autem habebunt fratres in refectorio.

Cap. 180.

ANsgotus de Roueceſtra accepit ſocietatem beneficiorum eccleſiæ Sancti Andreæ & monachorum tempore Gundulfi epiſcopi, & dedit eidem eccleſiæ & monachis totam decimam ſuam de Deltſa, & de molendino ſimiliter, quod poſtea fecit, totam decimam, & quandam particulam terræ, quæ incluſa eſt in-

fra murum monachorum verſus auſtrum,& quinque acros terræ juxta Preſtefelde dedit eis, & ipſi juxta peticionem ſuam dederunt ei pannos monachicos in articulo mortis ſuæ, & fecerunt ſervitium pro eo ſicuti pro monacho.

Cap. 181.

Fol: 190. R. I. De ſubjectione & fidelitate Abbatiſſæ de Mellingis.

DIE illa,qua Gundulfus,Roſenſis epiſcopus, Abbatiam de Mellingis dedit ſanctimoniali Auitiæ,eadem ſanctimonialis eidem epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus & [1] Sci Roffenſi eccleſiæ, juravit fidelitatem, & ſubjectionem, & quia nec per ſe,nec per aliam perſonam prædictam ſubjectionem diſſolvere temptaret. Hoc autem facto ſacramento, prædicta Auitia epiſcopo firma & ſtabili conventione promiſit, quia ſine ejus conſilio & licentia in abbatia ſibi data priorem nec poneret nec deponeret, nec ullam ſanctimonialem reciperet, nec terram inde daret vel auferret. Hujus rei teſtes fuerunt iſti audientes & videntes: Radulfus abbas belli, Orduuinus prior, Paulinus ſecretarius, Alueredus, Andreas medicus, Arnulfus capellanus epiſcopi, Johannes, Goisfridus, Albericus, Odo, Beringarius, Willelmus ſubprior, Hunfridus, Ernegrinus, Hugo nepos epiſcopi, Willelmus juvenis, Radulfus

Scta

1. Sic.

dulfus clericus, Ansfridus clericus, Godardus clericus, Rodbertus camerarius, Hugo Camerarius, Ansfridus dapifer, Hunfridus portarius, & alii plures.

Cap. 182.

De Earhetha & de Halilei. R. I.

Notum ſit omnibus, tam poſteris quam præſentibus, quod ego Henricus de Port, anno ab incarnatione domini milleſimo centeſimo VIII. indictione prima, concedente uxore mea Hatheuuis, & filio meo Hugone, imperpetuum, ut elemoſinam, donavi deo & fratribus in eccleſia Roffenſi, quæ eſt conſtructa in honore Sancti Andreæ apoſtoli, ſervientibus xx. ſolidos de redditione mea de Earhethea, & decimam totam de Halegele, de qua quidem prædictus ſanctus dimidiam partem habuerat, ceteram vero pro amore Radulfi epiſcopi, ut prædictum eſt, ſupra taxato tempore donavi. Hoc autem pro animabus tam prædeceſſorum quam ſucceſſorum meorum donavi, & ex hoc beneficium ipſius loci animæ meæ in fine ut monacho conceſſum fuerit. Terminus vero denariorum eſt in nativitate Domini, decimæ autem in Auguſto. Teſte Hugone filio Fulconis, Herberto de Cænt, Ansfrido clerico, Radulfo clerico, Hosberno de Mæruurthe.

Cap. 183.

[Fol: 199.

Notum ſit omnibus, tam poſteris quam præſentibus, Roffenſis eccleſiæ amicis & fidelibus, quomodo Radulfus clericus, pro concordia & pace habenda de multis querelis quas Roſenſis epiſcopus Ernulfus adverſus illum habebat, eidem epiſcopo conceſſit manſionem ſuam, quæ eſt juxta Cimiterium monachorum, quietam & liberam, & liberationem quam in prædicta habebat eccleſia, poſtquam à ſeculo deceſſerit. Præterea redditum xx^ti. ſolidorum, videlicet apud Langeport de quodam homine denarios xx. Ibidem de quadam vidua ſolidos. ii. Alibi de Brichtrico & Radulfo, ſolidos. v. Apud Eaſtgate de Eluredo cobi denarios xii. De Haga ante novum piſtrinum ſolidos. iii. De quinque acris, ad eccleſiam de Uuldeham pertinentibus, pro cimiterio de Burcham ſolidos. vii. & denarios iiii. De quibus Haimo, filius Chenaſtani, reddere debet denarios xvi. Lifuuinus piſtor ſolidos iiii. Uulmerus Rufus ſolidos. ii. ſi tamen Roſenſis epiſcopus prædictus, vel alius eccleſiam de Uuldeham, cum beneficiis ad eandem pertinentibus, filiis Radulfi, vel ceteris parentibus ita inpoſterum tenendam conceſſerit, ſicuti Radulfus eam in vita ſua tenuit. Sin autem, qui feudum Radulfi habuerint de eodem feudo epiſcopo Roſenſi æque valentem

valentem redditum reſtituant. Hæc autem omnia utrimque conceſſa ſunt hac conditione, ut cetera omnia, quæ ipſe Radulfus ab epiſcopo tenebat, quiete & in pace, quam diu in ſeculo fuerit, teneat & habeat, & quandocunque voluerit filium ſuum in [1] eccleſiæ Sancti Andreæ monachum faciat, & ipſemet ſive pecuniam attulerit ſive non ibidem monachus fiat. Hujus conventionis teſtes fuerunt: Albanus & Guarnerius monachi Cantuarienſes; Hunfridus, Martinus, Rodbertus, Guillelmus monachi Rofenſes; Heruiſus Rofenſis [2] ardiaconus; Rodbertus Dofforenſis canonicus; Brodo presbyter; Fulbertus de Cilleham, Geroldus filius Seram, Ansfridus dapifer, Rannulfus conſtabularius; Symon, Adam, Paganus milites; Hunfridus portarius; Adelardus, Gerbodus, Letardus, & alii plures.

ecclesia

Cap. 184.

Golduuinus, presbyter de Roueceſtra, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ dimidiam Hagam in Roueceſtra, pertinentem ad Freondesberiam. Pro quo beneficio, monachi Sancti Andreæ, juxta petitionem ſuam, fecerunt ibidem filium ſuum monachum. Quæ terra reddit.

[Fol. 200.

---

1. Sic 2. Sic.

Cap.

Cap. 185.

Similiter & Ælfuuinus, filius Dirgiue, dedit dimidiam Hagam, pertinentem ad Borchſtellam, monachis Sancti Andreæ, & ideo impetravit in articulo mortis pannos monachicos, & totum ſervitium ab eis ſicuti pro fratre.

Cap. 186.

Godfridus, filius Æluuini, frater Ælrici presbyteri, dedit & ipſe ſimiliter dimidiam Hagam de terra regis, pertinentem ad præpoſituram ipſius, pro eo quod monachi Sancti Andreæ, juxta petitionem ſuam, dederunt ei pannos monachiles in articulo mortis ſuæ, & totum ſervitium fecerunt pro eo ſicuti pro fratre & benefactore. De qua terra debent monachi dare præpoſito regis de Gabla xv. denarios in tercia feria Paſcæ primæ ſeptimanæ, & ſex ad feſtivitatem Sancti Petri menſe Auguſto.

Cap. 187.

Hæc conventio habita eſt inter monachos Rofenſes & uxorem Rodberti Latimarii. Hæc mulier tenebat quandam terram de

de Freondesberia quæ vocabatur Thorniduna, & reddebat inde viginti ſolidos præpoſito Freondesberiæ per ſingulos annos, & debebat terram illam tenere uſque ad mortem ſuam. Poſt mortem autem ſuam debebat eſſe Sancti Andreæ & monachorum, non alicujus parentum illius, ſicut ipſa affirmabat. Diu ergo ante mortem ſuam, placuit ei, ut terram eandem redderet Sancto Andreæ & monachis, pro ſalute animæ viri ſui, & ſuæ, & parentum ſuorum. Veniens itaque die dominica quadam poſt proceſſionem ante altare Sancti Andreæ, aſtantibus monachis & Francis & Anglis multis, reddidit terram ipſam apoſtolo Sancto & monachis æternaliter poſſidendam, dans cum terra omnia quæ habebantur ſuper ipſam terram. Monachi vero pro hac re magis confirmanda dederunt illi ſexaginta ſolidos, quos poſtea [Brodo preſbyter, qui ejus filiam habebat, calide extorſit, & præterea promiſerunt ei, quia invenirent ei victum & veſtitum quam diu viveret; victum videlicet de Celario quantum uni monacho, & præter hoc unum ferculum de carne quattuor diebus in Ebdomada; veſtitum vero de camera honorabilem, qualem ejus ætatem & perſonam deceret. Uni autem ejus ſervienti & uni pediſequæ, qui ei ſervirent, talem darent victum qualem ceteris eccleſiæ ſervientibus. Super hæc omnia darent ipſi dominæ viginti ſolidos ſinglis annis quibus ſervientes ſibi ſolidaret

[Fol. 201.

&

& veſtiret, & cetera ſibi neceſſaria prout vellet ipſa procuraret. Cum autem obiret, conventus eam ſepeliret, & anniverſarium ejus ſingulis annis faceret. Hujus conventionis ſunt teſtes, Rodbertus presbyter filius Golduuini presbyteri, Ordegus presbyter de Ho, Radulfus clericus, Hugo Clericus, Uuigelus clericus, Golduuinus Grecus & frater ejus Eaduuinus, Eaduuinus fot, Rodbert ſecretarius, Gudredus filius Dioringi, & alii multi.

Uuigetus deest Sent.ᵐ in Autog.ᵒ

Cap. 188.

Ricardus Bellus & Ernulfus de Strodes cum uxoribus ſuis acceperunt ſocietatem noſtram, & dederunt nobis omnem decimam ſuam, etiam de mobili pecunia, & ſepeliemus.

Cap. 189.

Godingus de Hou in infirmitate, qua & mortuus eſt, inter cetera ſua, quæ commendavit & deſtribuit, aſſenſu uxoris ſuæ & filiorum atque amicorum ſuorum qui præſentes fuerunt, conceſſit nobis ſingulis annis quattuor ſolidos. Quod ejus donum uxor illius Criſtina per cultellum ſuper altare Sancti Andreæ poſuit, & omni anno hos ipſos quattuor ſolidos, in die feſtivitatis Sancti Paulini, à ſe & à ſuis heredibus inperpetuum reddendos, & ſuper altare ponendos ſtatuit. Si-

recentiori manu Amicorum aſſen: ſu.

Similiter frater ipſius Godingi, Hugo in ipſa feſtivitate à ſe & heredibus ſuis dandos conceſſit duos ſolidos.

Cap. 190.

Fulco filius Hugonis de Niueham, quando accepit ſocietatem noſtram cum uxore ſua, conceſſit nobis, aſſentiente ipſa uxore ſua, ſingulis annis decem ſolidos in feſtivitate Sancti Michaëlis, quos dabit Alexander & heres ejus de terra de Blecemere, ſicut ipſos debebant dare ipſi Hugoni pro ipſa terra ſingulis annis. Quod ſi ipſe Alexander heredem non habuerit, vel ipſam terram [tenere non potuerit vel noluerit, habebimus ipſam terram loco decem ſolidorum quietam ab omni cenſu & conſuetudine. [Vol. 202.

⁂ Teste ipso Alexandro qui presens fuit, & concessit, & Societatem Monachorum accepit quando Ego hoc donum feci,

Cap. 191.

Rannulfus conſtabularius de decima noſtra quam tenet, dat nobis per annum octo ſolidos ad medium quadrageſimæ. ⁂ super Altare S. Andreæ pos cultellum posui. Teste etiam Thoma & Ranulfo. MSS. Coll. Domit. A. X. 9. f. 131. b. 132. a.

Cap. 192.

Hugo de Stocheis dat nobis per annum de noſtra decima quam tenet. v. ſolidos ad feſtivitatem Sancti Andreæ, & v. ad Paſcha.

Cap. 193.

Recognitio manu Islingham Decima.

De Æſlingeham terra Sancti Andreæ, quam epiſcopus Gundulfus dedit Goisfrido Talebot, retinuit idem epiſcopus omnem decimam omnium rerum ad opus monachorum ſuorum, quam & dedit illis æternaliter poſſidendam. Coclandus de Eſcedene, ſepultis à nobis honorifice tribus filiis ejus ſub brevi tempore defunctis, venit in capitulum noſtrum cum uxore ſua & pluribus amicis ſuis, & dedit nobis in æternum poſſidendam quandam terram juxta murum vineæ noſtræ ad orientalem plagam ſolidam & quietam ab omni cenſu & conſuetudine, excepto quod quando civitas ſcotabit decem libras, tunc & nos ſcotabimus pro ipſa terra ad idem ſcotum tres denarios. Ipſe autem & heredes ejus acquietabunt eam cum cetero feudo ſuo quod tenent de Heltone erga ipſum Heltonem & heredes ejus. De quodam quoque prato, quod Stephanus filius Goduini tenebat de illo, unde habebat ſingulis annis ſedecim denarios, octo denarios conceſſit nobis, quia alios octo ante dederat hoſpitali domui infirmorum. Præterea, quia plurimo tempore & ſuo & patris ſui habueramus decimam ſuam de annona tantum, ipſa die nobis conceſſit, & ſuper altare cum memoratis donis poſuit tunc & deinceps inperpetuum totam decimam

Coclandus

mam ſuam, ſicut de annona ita & de vitulis & agnis & porcellis. Has donationes dedit nobis pro anima ſua & conjugis ſuæ, & patris & matris ſuæ, & liberorum ſuorum.

Cap. [1] 195.

[Willelmus, Dei gracia Cantuarienſis archiepiſcopus, ſedis apoſtolicæ legatus, omnibus hominibus & amicis ſuis, tam prælatis quam ſubditis, cujuſcunque conditionis ſint eccleſiæ filiis ſalutem, deique benedictionem & ſuam. Noſcant præſentes & poſtfuturi, me reddidiſſe & firmiter conceſſiſſe, & ex parte Dei & beati Petri & noſtra jure inconcuſſo hoc præſenti ſcripto meo confirmaſſe, conſilio & aſſenſu clericorum & laicorum noſtrorum, eccleſiæ Sancti Andreæ Roſſenſis, & dilecto filio noſtro Johanni epiſcopo, omnem poteſtatem & jura epiſcopalia illi pertinentia in maneriis noſtris, & clericis & laicis ſui epiſcopatus, ſicut unquam melius vel honorabilius tenuerunt anteceſſores ſui Gundulfus vel Arnulfus epiſcopi. Teſt. Helewis arch. Cant. & Fulc priore Sanctæ Oſide, & Abel canonico, Aluepedo priore Sancti Gregorii, Radca[illegible], cum multis aliis clericis & laicis apud Cantoroberiam. [Fol. 203.

---

1. Sic.

CAP. 196.

IMARUS, Dei gracia Tuſculanus epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus matris eccleſiæ filiis, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem. Rei geſtæ memoria litteris provide committitur, ne lites ſemel ſopitæ in futuro iterum inſtaurentur. Proinde univerſitati veſtræ per præſentia ſcripta notum eſſe volumus, quod inter Aſcelinum Roſenſem epiſcopum, & ejuſdem loci monachos, eccleſiæ ſcilicet beati Andreæ, ſuper jure maneriorum Lambetham & Hendenham, controverſia hujuſmodi orta eſt. Aſſerebant prædicti monachi, memorata maneria ſibi ad victum proprium à rege Anglorum Willelmo juniore, & Lamfranco piæ recordationis Cantuarienſi archiepiſcopo, & Gundulfo Roſenſi epiſcopo conceſſa rationabiliter & donata, & ad ejuſdem rei evidentiorem probationem, eorundem cartas & confirmationes & ſequentium regum Anglorum Henrici & Stephani, & Anſelmi Cantur. archiepiſcopi in medium proferebant. Contra quæ cum præfatus Aſcelinus Roſenſis epiſcopus nichil firmum, nichil validum reſponderet, nec ſe in prætaxatis maneriis jus habere probare poſſet, aſſidentibus nobis venerabilibus fratribus, Teobaldo Cant. archiepiſcopo, Rodberto Lund. Henrico Winton. Alexandro Lincon. Ibrardo Nor-

Recentiorum. Nota pro Lambeth, ubi jus Pensionis.

[Fol. 204.

Noruuic. Sifredo Ciceſtr. epiſcopis, Gaufrido Sancti Albani, Gervaſio Weſtmonaſterii, Petro Scireburn. abbatibus, & magiſtro Hilario, & aliis quam pluribus religioſis perſonis, ipſa maneria, cum omnibus ſuis appenditiis, ſecundum quod cartæ donationis & confirmationis continebant, ipſis monachis adjudicavimus, & ipſos poſſeſſores conſtituimus, ipſo eorum epiſcopo promittente, quod deinceps ſine vexatione & inquietatione monachos bona & poſſeſſiones ſuas habere permitteret, & pacem eis ſervaret, quod & ipſi firmiter obſervare præcepimus, ad cujus rei argumentum ipſos monachos in oſculo pacis recepit. Nos itaque prædictorum fratrum juſtis petitionibus facilem præbentes aſſenſum, tam ſæpedicta maneria quam alia omnia eorum bona & poſſeſſiones, quas in præſentiarum juſte poſſident, vel in futuro legitime habituri ſunt, jura etiam, conſuetudines, libertates rationabiliter indultas, auctoritate officii quo fungimur ipſis confirmamus, & præſentis ſcripti atteſtatione roboramus.

Cap. 197.

Teodbaldus, gracia Dei Cantuarienſis archiepiſcopus, & totius Britaniæ primas, omnibus ſanctæ eccleſiæ fidelibus ſalutem. Notum vobis eſſe volo, quod omnes donationes & conceſſiones omnium maneriorum, & omnium terrarum,

rarum,& omnium eccleſiarum cum omnibus redditibus & rectitudinibus ſuis, & omnium decimarum quæ hactenus conceſſæ & donatæ fuerunt eccleſiæ Sancti Andreæ apoſtoli, quæ ſita eſt in civitate Roueceſtra, à quibuſcunque ſive regibus, ſive archiepiſcopis, vel epiſcopis, ſeu comitibus, ſeu aliis quibuſlibet hujus regni nobilibus conceſſæ ſint aut donatæ,ego Teodbaldus,gracia dei Cantuarienſis archiepiſcopus, & totius Brittanniæ primas, auctoritate michi à deo collata, omnimodo ratas & inperpetuum ſtabiles eſſe confirmo. Et eas nominatim, quas Gundulfus, illius eccleſiæ epiſcopus, ut ad uſum monachorum illorum, qui in eadem eccleſia domino Chriſto & prædicto apoſtolo devote famulantur, permaneant ordinavit: ego eidem eccleſiæ & eiſdem monachis jure æternæ hereditatis habendas & libere atque quiete confirmo poſſidendas. Et ſicut ipſe prænominatus epiſcopus, qui eccleſiam illam fundavit, & monachos illos illic congregavit, & ipſa maneria, & terras quas in ſuo dominico habebat, ipſis monachis à ſuo proprio victu diſcrevit, diſcretas dedit, videlicet Wldeham cum omnibus appenditiis ſuis: Frendesberiam cum omnibus appenditiis ſuis: Stokes cum omnibus appenditiis ſuis: Suthfletum[a] cum omnibus appenditiis ſuis: Danitunam cum omnibus appenditiis ſuis: Lamhetham cum omnibus appenditiis ſuis: Hendenham cum manerio quod appendet Cudintuna nomine, & cum omni-

[Fol: 205.

recentiori manu Donatio Gund

Recentiori manu Manerium in manerio q^d in Domsd. Saepe.

omnibus XL. hidis terræ quæ appendent, & omnes alias minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum quas ſuo tempore adquiſivit & illis dedit, ita firmiter & ſtabiliter in omnibus omnia iſta monachis illis confirmo & corroboro. Et ſicut beatæ memoriæ Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus & Gundulfus ſupradictæ eccleſiæ epiſcopus, iſta omnia à rege Henrico confirmata confirmaverunt, & eidem eccleſiæ, & monachis prædictis, atque poſt illos inperpetuum victuris firmiter ſtabilia, & ſtabiliter firma & illibata permanere ſanxerunt, & auctoritate dei omnipotentis patris, & filii, & ſpiritus ſancti, & omnium ſanctorum ejus, omnes illos, qui alliquid de regia conceſſione & illorum inſtitutione vel confirmatione infringerent, excommunicaverunt: ita & ego, tantorum virorum exempla ſecutus, inſtitutiones, conceſſiones, & confirmationes, & omnia prædicta ipſis monachis inperpetuum habenda firmiter ſtabilio, & ſtabiliter firmo, & illibata permanere ſancio, & ſub eadem interminatione omnes, qui hanc eorum & noſtram confirmationem infirmare, vel abſque communi fratrum eccleſiæ illius vel conſilio vel conſenſu immutare præſumpſerint, à liminibus ſanctæ matris eccleſiæ, donec ad ſatisfactionem congruam veniant, ex omnipotentis dei patris, & filii, & ſpiritus ſancti, omniumque ſanctorum auctoritate ſequeſtro.

Privi-

Fol: 206.

Privilegium Eugenii Papæ.

Cap. 198.

EUGENIUS epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis Brieno priori eccleſiæ beati Andreæ Roſenſis, etc. ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Quapropter, dilecti filii, etc. vos ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, etc. ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona, tam ex dono & conceſſione bonæ memoriæ Lanfranci, Anſelmi, Radulfi, Teodbaldi, Cantuarienſium archiepiſcoporum, & Gundulfi Roſenſis epiſcopi, Willelmi & Henrici Anglorum regum, quam aliorum Dei fidelium, in præſentiarum juſte & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Regum, largitione principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante deo, poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, etc. præpoſituram quoque ipſius civitatis, ſicut actenus ſuper homines veſtros & epiſcopi & præpoſituræ regis quartam partem racionabiliter habuiſtis, Socam eciam & ſacam, Tol & tem, & infangenetheof, ceteras quoque conſuetudines & libertates veſtras racionabiliter hactenus habitas, nichilominus vobis confirmamus,

vid. apud finem P. 428.

in Domino &c. * vestris justis postulationibus clementer, & præfatam Beati Andreæ Apli Ecclesiam, in qua mancipatis obsequio, vos &c † & presentis scripti privilegio communimus, statuen. &c

* vide P. 428

Fol: 207.

mus,* etc. Dat. Tranſtiberim etc.˅˄ Anno 1145. pontificatus vero domini Eugenii Papæ. 3. anno 2do.

✠Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.
✠ Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
etc. * Vide apud finem P. 429.

* vid: P. 428.
˅˄ per manum Roberti ſanctæ Rom: Eccliæ Presbyteri, Cardinalis & Cancell. V.to Kal. Martij. Indictione VIII. Incarnat. Dominicæ Anno M.C.XL.V.

Cap. 199.

[Sol: 209
Vide Domesday in Autog: booke.

[SUTHFLETA, manerium epiſcopi Hrofenſis, ſe defendebat in tempore Eaduuardi regis pro VI. ſolinis, & nunc pro v. & eſt appretiatum. XXI. lib.ˉ & Ricardus habet inde infra leugam ſuam valens XX. ſolidos, & tamen hoc idem manerium reddit epiſcopo XXIIII. libras, & I. unciam auri de firma. Stanes ſe defendebat pro VI. ſolinis in tempore Eaduuardi regis, & nunc pro. IIII. & eſt appretiatum XVI. lib.ˉ & tamen epiſcopus habet inde in firma ſua XX. lib.ˉ & I. unciam auri, & I. marſum. Falcheham defendebat ſe in tempore Eaduuardi regis pro II. ſolinis, & nunc ſimiliter, & eſt appretiatum VIII. lib.ˉ Langefelda defendebat ſe in tempore Eaduuardi regis pro I. ſolino, & nunc ſimiliter, & eſt appretiatum. C. ſolid.ˉ Hæc maneria prædicta ad hundredum de Daceſtane pertinent. Brunlega ſe defendebat in tempore Eaduuardi regis pro. VI. ſolinis, & nunc pro. III. & eſt appretiatum. XVIII. libs. & tamen epiſcopus habet inde de firma ſua. XX.

recentiori manu libras & XVIII. ſolidos, & hoc idem manerium
Wldeham eſt ipſe hundredus. Wldeham ſe defendebat in tempore Eaduuardi regis pro. VI. ſolinis, & nunc pro. III. & eſt appretiatum. XIII. libras. Melingetes ſe defendebat in tempore Eaduuardi regis pro. III. ſolinis, & nunc pro ſolino & dimidio, & eſt appretiatum. IIII. libs. Troteſcliua defendebat ſe pro. I. ſolino, & adhuc facit, & eſt appretiatum. VII. libs. Snoilanda defendebat ſe in tempore Eaduuardi regis pro. III. ſolinis, & nunc ſimiliter, & eſt appretiatum. IX. libs. Hæc prædicta maneria habet epiſcopus in hundredo de Lauorcesfelda. Hellingas defendebat ſe in tempore Eaduuardi regis pro. VI. ſolinis, & nunc pro duo & dimidio, & eſt appretiatum XVI. libras. Frandesberia defendebat ſe in tempore Eaduuardi regis pro. X. ſolinis, & nunc pro. VII. & eſt appretiatum XXV. libs. & infra leugam de Tonebrigge eſt inde tantum. X. ſolidos, & etiam de Hallingis tantum infra eandem leugam quod eſt appretia-
Cuclestana tum. VII. ſolidos. Cudeſtana in tempore Eaduuardi regis defendebat ſe pro. II. ſolinis & dimidio, & nunc pro duo, & eſt appretiatum. X. libras. Denituna defendebat ſe tempore Eaduuardi regis pro I. ſolino, & nunc pro di-
[Fol. 210. [midio, & eſt appretiatum. VI. libras. & X. ſolidos. Hæc maneria ſunt in hundredo de Scamela. Borgeſtealla defendebat ſe tempore Eaduuardi regis pro. II. ſolinis, & nunc pro ſolino

&

& dimidio, & eſt appretiatum. x. libras. Et quattuor viginti domus [1] ſubjacebat ibi in tempore Eaduuardi regis, & una pars illarum eſt apud ſupradictam Borgeſtellam, & alia pars in Frandesberia, & ſunt appretiatæ VIII. libs. ſed tamen ille qui tenet reddit inde. XI. libras, & XIII. ſolidos, & III. denarios. Hoc manerium habet epiſcopus in hundredo de Hroueceſtra. Stoches, quod Goduuinus comes tenuit contra voluntatem ſervientium Sancti Andreæ, & archiepiſcopus Lanfrancus diſrationavit eum contra epiſcopum Baiocenſem juſte, tempore regis Eaduuardi ſe defendebat pro v. ſolinis, & nunc pro. III. & eſt appretiatum. VIII. libras; ſed tamen ille qui tenet reddit. XIII. libras, & XX. denarios. Hoc manerium eſt in hundredo de Hou.

CAP. 200.

Donum Willelmi magni regis. R. I.

WILLELMUS rex Anglorum magnus, pater Uuillelmi regis ejuſdem gentis, Hrofenſem eccleſiam beati Andreæ in tantum dilexit, ut imminente articulo mortis ſuæ centum ei libras donaret, regiam quoque tunicam, propriumque Cornu Eburneum, Dorſale etiam unum cum feretro deargentato dimitteret. Pro quo, & aliis ejus multis beneficiis noſtræ

1. Sic.

eccleſiæ ab eo benigne impenſis, ejus anniverſarium conſtituimus debere ſingulis annis feſtive fieri.

Cap. 201.

R. I. { Hæc eſt conventio inter Gundulfum epiſcopum & Eadmerum Anhænde Burgenſem Lundoniæ.

DUM idem Gundulfus, ex præcepto regis Willelmi magni, præeſſet operi magnæ turris Londoniæ, & hoſpitatus fuiſſet apud ipſum Ædmerum quadam vice ipſe cœpit epiſcopum rogare, ut [1] concedet ſibi ſocietatem eccleſiæ quam regebat, videlicet Sancti Andreæ. Quod ei epiſcopus ſatis libenter conceſſit. Et ideo conceſſit Sancto Andreæ & fratribus ibidem deo ſervientibus medietatem piſcariæ quæ vocatur Niuue Uuere, quam diu viveret. Cum vero moreretur, totam eam ibidem conceſſit, & totam terram ſuam quam habebat in Lundonia, & domos tali pacto, ut ipſe & uxor ejus ad Roueceſtram deferrentur & ibidem ſepelirentur, omnique anno eorum anniverſarium obſervaretur. Iſti ſunt teſtes hujus rei: duo filii Brihtmari Ageluuinus & Orgarus, Radulfus clericus epiſcopi, & Godefridus Groſſus, & alii multi.

1. Sic.

Cap.

Cap. 202.

[De Lamhytha. R.I. [Ed: 211.

✠Quisquis deo ſeu pro deo aliquid præſtat, non hoc ipſum à ſe alienat, ſed melius ſibi ipſi inpoſterum reſervat. Qua ſpe ductus ego Willelmus, dei gracia rex Anglorum, trado de jure meo eccleſiæ Rofenſi Sancti Andreæ apoſtoli eccleſiam Sanctæ Mariæ de Lamhytha, de me ſemper & de ſucceſſoribus meis cognoſcendam & tenendam, cum omnibus quæ ad eandem eccleſiam pertinent, tam in terris, ſilvis, aquis, pratis, quam in omnibus aliis rebus tam intra Burgum quam extra, ſaca, & ſocne, toll & team, cum aliis conſuetudinibus quas comitiſſa Goda prius habuit, & ego hactenus in dominio meo habui. Et hoc concedo pro ſalute animæ meæ, patris mei & omnium parentum meorum, & pro reſtauratione damni quod eidem eccleſiæ licet invitus intuli, pro conquirendis inimicis meis, qui intra jam dictam civitatem contra me, & contra regnum meum injuſte congregati erant, de quibus omnipotens deus ſui gracia victoriam michi contulit. Hanc ergo donationem propria manu ſigno & confirmo, præſentibus teſtibus & aſſentientibus de baronibus meis, Thoma archiepiſcopo Eboracenſi, Rogero comite Scropesbyrienſi,

manu reuerentiæ W: Rufus

enſi, Henrico comite Uuaruuicenſi, Henrico de Ferrariis, Rogero Bigoto, Ivone Tailleboſc, Willelmo Peurell, & aliis pluribus.

Cap. 203.

Willelmus rex Anglorum, Haimoni vicecomiti & omnibus miniſtris ſuis de Hou ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe monachis Sancti Andreæ Roſenſis eccleſiæ terram illam, quæ pertinet ad præpoſituram de Ceteham, & quam ipſi monachi infra ortum ſuum habent incluſam, ea conventione, quod ipſi monachi pro anima patris mei ducentas miſſas cantare debent, & epiſcopus Gundulfus pro illa terra debet dare de alia terra ſua, quæ valeat quantum ipſa valebat tempore quo epiſcopus Baiocenſis conceſſit eam eiſdem monachis. Teſtibus Walchelino epiſcopo, & Rodberto cancellario, & Rannulfo capellano, apud Briceſtoc.

Cap. 204.

Gundulfus, Roſenſium, gracia dei, epiſcopus, Haimoni vicecomiti, & omnibus baronibus regis de Cænt Francigenis & Anglis, ſalutem, & benedictionem dei, & ſuam quantum poteſt. [Volo, vos omnes ſcire, me jam quietum eſſe adverſus regem de illa cambitione terræ, quam ei promiſi poſt Uuærram Roſe, pro

[Fol. 212.

pro illis tribus acris, quos Odo, Baiocenſis epiſcopus, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ, & monachis noſtris, ad faciendum ibi ortum ſuum, juxta murum de foris verſus auſtralem partem civitatis forinſecus, qui jam incluſi ſunt muro circumquaque. Et illos tres acros terræ, quos pro illis tribus dedi regi in cambitionem, liberavi jam miniſtris vicecomitis, Rodberto ſcilicet de Sancto Amando, & Rodberto Latimier, & Ælfuuino [1] fratre ejus præpoſito de Cetham, & Grentoni de Roueceſtra de noſtra dominica terra de Burcheſtealla, præſentibus teſtibus iſtis: Anſgoto de Roueceſtra, Gosfrido Talebot, Goisfrido de Ros, Radulfo pincerna Ade, Rodulfo clerico, & aliis multis de noſtra familia & de civibus ejuſdem villæ.

Cap. 205.

De Hedenham. R. I.

Willelmus, rex Anglorum, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, ceteriſque omnibus baronibus ſuis regni Anglorum ſalutem. Notum vobis omnibus eſſe volo, quod ego Uuillelmus, dei gracia rex Anglorum, filius Uuillelmi regis Anglorum, concedo eccleſiæ Rofenſi Sancti Andreæ apoſtoli, ad victum monachorum, manerium, quod vocatur Hedenham, quod ſitum eſt in comitatu de

1. Sic.

de Bokingeham, quod tenuit Lanfrancus archiepiſcopus de patre meo & de me. quod donat eidem Roffenſi eccleſiæ pro ſalute animæ patris mei & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ & animæ ſuæ. Et ideo, ejus rogatu & amore, hoc donum ſuum prædictæ eccleſiæ concedo, & regali auctoritate propria manu confirmo, ita quiete tenendum jure perpetuo, ſicut prædictus archiepiſcopus de patre meo & de me illud quiete tenuit uſque in præſentem diem. ✠ Signum Willelmi regis Anglorum. ✠ Signum Lanfranci Cantuarienſis archiepiſcopi. ✠ Signum Thomæ Eboracenſis archiepiſcopi. ✠ Signum Remigii Lincolienſis epiſcopi. ✠ Signum Walcelini Uuentonienſis epiſcopi. ✠ Signum Mauricii Lundonienſis epiſcopi. ✠ Signum Oſmundi Serberienſis epiſcopi. ✠ Signum Rodberti Herefordenſis epiſcopi. ✠ Signum Baldeuuini Abbatis Sancti Eadmundi. ✠ Signum Henrici fratris regis. ✠ Signum Philippi filii Rodberti comitis Flandriæ. ✠ Signum Alani comitis. ✠ Signum Hugonis comitis. ✠ Signum Henrici comitis. ✠ Signum Willelmi comitis. ✠ Signum Eudonis Dapiferi. ✠ Signum Rogerii Bigotis. ✠ Signum Gosfridi de magna villa. ✠ Signum Rodberti filii Haimonis. ✠ Signum Hugonis de monte forti. ✠ Signum Giſleberti de Tonebrigge. ✠ Signum Hugonis de Bello campo. ✠

[Fol. 213.

CAP.

Cap. 206.

Confirmatio Lanfranci archiepiſcopi. R. I.

EGO Lanfrancus, non meis meritis ſed gratia Dei archiepiſcopus, hoc donum meum, quod regia auctoritate confirmatum eſt, confirmo, & auctoritate Dei omnipotentis & omnium ſanctorum excommunico omnes illos, qui prædictum manerium de prædicta eccleſia vel abſtulerint vel auferre temptaverint, vel ablatum ab aliis cognita veritate receperint vel retinuerint. Æterna pœna cum Juda proditore ſit eis, niſi ad ſatisfactionem venerint.

Cap. 207.

De Dudicote. R. I.

GUNDULFUS, Rofenſis epiſcopus, Rodberto Lincolienſi epiſcopo, & Goisfrido vicecomiti, & omnibus fidelibus regis Francigenis & Anglis de comitatu de Bukingeham, ſalutem. Sciatis, quod Giſlebertus noſter clericus de Hedenham, conceſſit eccleſiæ Rofenſi Sancti Andreæ tres hidas terræ quas habuit in ſuo dominico in Hedenham, ea conventione, quod, quando ipſe voluerit, fiet ibi monachus. Et hoc idem conceſſit & confirmavit

Radulfus filius ſuus ex toto. Et ego conceſſi eidem Radulfo eccleſiam de Hedenham, cum una hida & dimidia terræ, & duobus pratis coiea, & cetemora, & conceſſi ei paſturam decem boum, & omnes conſuetudines quæ ad eandem eccleſiam pertinent, inſuper quicquid Giſlebertus tenuit in Hedenham, exceptis illis tribus ſupradictis hidis terræ. Et de ipſa eccleſia non faciet ullum ſervitium, niſi quod ad eccleſiam pertinet tantum.

Cap. 208.

R.I. ## De Eaſtuna.

Postea vero non multo tempore contigit, ipſum Giſlebertum mutaſſe habitum & vitam ſecularem in vitam & habitum monachi apud Roſeceſtram. Iiſdem diebus remanſit manerium Eſtuna, quod ſitum eſt in comitatu de Gloeceſtra, in manu præfati Radulfi filii Giſleberti, & Oſmundi [1] generis Giſleberti. Qui ambo regiis exactionibus tantum fuerunt gravati, ut vix amplius hoc poſſent pati. Erant enim illis diebus conſuetudines regis graviſſimæ atque duriſſimæ per totum regnum Angliæ. Itaque venientes pariter uterque ad domnum epiſcopum Gundulfum, rogaverunt illum quatinus, propter deum & honorem ſuum, manerium ipſum à rege requireret. Quod ſi obtinere poſſet,

1. Sic.

poſſet, de illo ulterius manerium ipſum tenerent. Quo audito, epiſcopus, quam citius potuit, regem impigre adiit. Amicorum itaque apud regem uſus auxilio, tandem obtinuit quod petiit. Dedit ergo epiſcopus Willelmo regi, magni regis Willelmi filio. xv. libras denariorum, & unam mulam quæ bene valebat centum ſolidos. Iſto tali ordine obtinuit Gundulfus epiſcopus prædictum manerium Eſtunam. Quod poſtquam ita factum eſt, ſtatim Radulfus & Oſmundus devenerunt homines epiſcopi, & ita tenuerunt ipſum manerium de epiſcopo. Veruntamen non multo tempore poſt iterum pariter requiſiverunt epiſcopum, rogantes illum, ut, propter deum, illas quattuor hidas terræ de Eſtuna cambiret illis pro duabus hidis terræ infra Hedenham. Non enim ullatenus pati poterant amplius & malas conſuetudines prædicti comitatus, & viam longinquam ab Hedenham & laborem magnum quem propterea ſæpiſſime ſuſtinebant. Accepto ergo conſilio, epiſcopus fecit illis partim juxta peticionem eorum, ſed non in omnibus. Dedit nanque Radulfo unam hidam terræ, Oſmundo vero non niſi dimidiam. Debebat enim Oſmundus epiſcopo quinquaginta ſolidos denariorum, pro multis placitis quæ ſuper eum epiſcopus habuerat; & quia epiſcopus clamavit Oſmundum quietum de ipſis quinquaginta ſolidis & querelis multis,

ideo è contra non recepit ab epiſcopo niſi dimidiam hidam terræ. Et iſto modo habuit ipſe epiſcopus ipſum prædictum manerium, ita liberum & quietum ab omni calumnia ſicut Goda comitiſſa illud habuit unquam melius in ſuo dominico tempore regis Eaduuardi. Dum hoc ita fuit, præcepit epiſcopus domno Willelmo monacho Roſenſi præpoſito de Hedenham curam accipere ejuſdem manerii, & monachis eccleſiæ Sancti Andreæ ſingulis annis firmam octo dierum inde reddere. Et quidem juſte, quoniam terræ illæ, quæ datæ fuerunt pro ipſius manerii cambitione, fuerant primum de Hedenham, quod penitus erat & eſt ad victum ipſorum monachorum.

Cap. 209.

[Fol. 215. [Anno ab incarnatione domini noſtri Iheſu Chriſti. dcc. xxxviii. Eadberhtus, rex Cantuariorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ apoſtoli Hroſi, terram decem aratrorum in Hou quæ vocatur Andſcoheſham, & commendavit Ealdulfo epiſcopo.

manu diversâ in margine. 11. Id. Aug: Offa Rex An: glorum.

Anno ab incarnatione domini dcc. lxiiii. Offa rex Merciorum & Sigeredus rex Cantuariorum donaverunt eccleſiæ Sancti Andreæ Æſlingeham, cum omnibus appenditiis ſuis, ſcilicet Freondesberiam & Uuicham, videlicet. xx. aratrorum, & commendaverunt Earduulfo epiſcopo.

copo. Ecgberhtus, rex Cantiæ, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Heallingas, id eſt, terram decem aratrorum, & commendavit epiſcopo Dioran. Offa rex Merciorum & Ecgberhtus rex Cantuariorum dederunt eccleſiæ Sancti Andreæ Bromgeheg, & commendaverunt epiſcopo Dioran, & poſtea epiſcopo Waermundo. Anno ab incarnatione Domini DCC. LXXXVIII. Offa, rex Merciorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Trotteſclib, & commendavit Waermundo epiſcopo. Coenuulf, rex Merciorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Borcſtealle, & commendavit Beornmodo epiſcopo. Anno ab incarnatione domini DCCC. XXXVIII. Ecgbert rex dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Snodigland, & commendavit epiſcopo Beornmodo. Anno ab incarnatione Domini DCCC. XLI. Ætheluulf, rex Occidentalium Saxonum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Holanbeorgeſtun, & commendavit epiſcopo Beornmodo. Anno dominicæ incarnationis DCCC. LXXX. Ætheluulf, rex Saxonum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Cucolanſtan, & commendavit Suuiðuulfo epiſcopo.

Eadmundus, rex Anglorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Mellingas, & commendavit epiſcopo Burhrico. Quidam præpotens ac probus homo nomine Brihtricus, cum uxore Ælfsuuitha dederunt eccleſiæ Sancti Andreæ, Danitunam, & Langafeldam, & Dærente, & Falche-

Falcheham, & commendaverunt Ælfſtano epiſcopo.

Anno dominicæ incarnationis DCCCC. LV. Æthelred, rex Anglorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Bromleage, & commendavit Ælſtano epiſcopo. Anno dominicæ incarnationis DCCCC. XCV. Æthelred, rex Anglorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ, Wldeham [& Litlanbroc, & commendavit epiſcopo Goduuino.

[Fol: 216

Æthelred, rex Anglorum, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ Stantun, & Hiltun, ſcilicet. XV. manſas terrarum, & commendavit epiſcopo Goduuino. Willelmus primus, rex Anglorum, reddidit Fracheham terram Sancti Andreæ Lanfranco archiepiſcopo, quam iniqui injuſte abſtulerant, & ipſe juſte reddidit Gundulfo epiſcopo. Sic etiam Stoches terram Sancti Andreæ eripuit ipſe Lanfrancus de invaſione tyrannorum, & reddidit prædicto Gundulfo epiſcopo & monachis ejuſdem.

in Margine, diuersa manu. V. Id: Sept: Wmus primus Rex Anglorum.

Willelmus, filius Willelmi regis, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ manerium ſuum Lamhytham, & commendavit Gundulfo epiſcopo.

In Margine, diuersa manu. IIII° Idus Aug. Wmus dus 2 Rex Anglorum.

Lanfrancus archiepiſcopus dedit eccleſiæ Sancti Andreæ manerium Hedenham ad victum monachorum, quod conceſſit prædictus Willelmus filius Willelmi regis. Eſtunam manerium, idem rex Willelmus, filius Willelmi, dedit eccleſiæ Sancti Andreæ, & commendavit epiſcopo Gundulfo.

V. Kal. Iunij Lanfrancus Archiepus.

CAP.

Cap. 210.

[De numero militum hujus epiſcopatus. R. I. [Fol. 219.

Gosfridus Talebot. 1. militem. Helto. 1. militem. Godefridus de Falcheham IIos. milites. Symon dimidium mil. Ranulfus conſtabularius dimidium mil. Hugo de Stoches dimidium mil. Margarita dimidium mil. Willelmus de Meideſtane dimidium mil. Hugo frater ejus dimidium mil. Geroldus filius Seran de Lameha dimidium mil. Willelmus camerarius dimidium mil. Ricardus de Hedenham debet IIIes. partes unius mil. Oſmundus IIIIam. partem. Gerardus de Stanis. IIIIam. partem mil. Rogerus de Derenteford. IIIIam. partem mil. Gerardus de Giſelham. IIas. partes mil. Et Radulfus Brutin terciam. Rodbertus de Uuldeham. IIIIam. partem mil. Turſtinus de Hallingis. IIII. partem militis. Adam IIIIam. partem mil. Inter Willelmum de Buneueſca & Rodbertum nepotem. IIIIam. partem mil. ita quod Willelmus faciet. IIIes. partes, & Rodbertus IIIIam. Paganus filius Warin. IIIIam. partem mil. Tidboldus de Eaſtuna. 1. mil. Wlfgeat de Bromlega VI. partem mil. Rogerius Harag. VIIIam. partem militis.

Cap. 211.

Fol. 218. [Henricus, gracia Dei rex Anglorum, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, ceteriſque omnibus baronibus ſuis, Francigenis & Anglis, totius regni Anglorum, ſalutem. Notum vobis omnibus eſſe volo, quod omnes donationes & conceſſiones omnium maneriorum, & omnium terrarum, & omnium eccleſiarum cum omnibus redditibus & rectitudinibus ſuis, & omnium decimarum quæ hactenus conceſſæ & donatæ ſunt eccleſiæ Sancti Andreæ apoſtoli, quæ ſita eſt in civitate Roueceſtra, à quibuſcunque ſive regibus, ſive archiepiſcopis, vel epiſcopis, ſeu comitibus, ſeu aliis quibus libet hujus regni nobilibus conceſſæ ſint aut donatæ: ego Henricus, Dei gracia rex Anglorum, poteſtate regiæ dignitatis, michi à deo collata, omnimodo firmas & inperpetuum ſtabiles eſſe concedo. Et eas nominatim, quas Gundulfus, illius eccleſiæ epiſcopus, ut ad uſum monachorum illorum, qui in eadem eccleſia domino Chriſto & prædicto apoſtolo devote famulantur, permaneant, ordinavit: ego eidem eccleſiæ, & eiſdem monachis jure æternæ hereditatis habendas, & libere atque quiete confirmo poſſidendas. Et ſicut ipſe prænominatus epiſcopus, qui eccleſiam illam fundavit, & monachos illos illic congregavit, & ipſa maneria & terras quas in ſuo dominico habebat ipſis mona-

monachis à ſuo proprio victu diſcrevit, & diſcretas jam dedit, videlicet Uldeham cum omnibus appenditiis ſuis, Frandesberiam cum omnibus appenditiis ſuis, Stoches cum omnibus appenditiis ſuis, Suthfletam cum omnibus appenditiis ſuis, Danitunam cum omnibus appenditiis ſuis, Lamhetham cum omnibus appenditiis ſuis, Hedenham cum manerio quod appendet Cudintuna nomine, & cum omnibus quadraginta hidis terræ quæ appendent, & omnes alias minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque ſint, quas ſuo tempore acquiſivit, & illis dedit cum ſoca & ſaca, & Tolne, & Teame, & omnibus aliis conſuetudinibus, & rectitudinibus, & libertatibus, quas ipſemet unquam melius habuit, in terris, & in aquis, & in ſilvis,& in viis,& in omnibus locis,ita firmiter & [Fol: 219. ſtabiliter in omnibus omnia iſta monachis illis concedo & confirmo. Et hanc confirmationem meam pro anima patris mei, & matris meæ, & pro anima mea, & uxoris meæ, & omnium parentum meorum, ſtabilio, & ſtabilitate ſigni ſanctæ crucis domini noſtri Iheſu Chriſti propria manu mea & ſigillo meo conſigno.

Et ego Anſelmus, non meis meritis, ſed gracia Dei, Cantuarienſis archiepiſcopus, hanc confirmationem, regia auctoritate confirmatam, confirmo, ut & ipſi prædictæ eccleſiæ, & monachis prædictis, atque poſt illos inperpetuum

 victuris,

victuris, firmiter ſtabilis & ſtabiliter firma & illibata [1] permaneant ſancio, & ſancitam ſigno dominicæ crucis Chriſti conſigno; & auctoritate Dei omnipotentis patris & filii & ſpiritus ſancti, & omnium ſanctorum ejus excommunico omnes illos, qui de prædicta eccleſia aliquid horum omnium, quæ hactenus ei ſunt conceſſa & donata, & à rege Henrico, & à me nunc confirmata, abſtulerint, vel auferre temptaverint, vel ab aliis ablatum cognita veritate receperint, vel retinuerint. Hoc etiam ad ultimum ſuper addo, æterna cum Juda proditore ſit illis pœna, niſi ad ſatisfactionem venerint. Amen. Amen. Amen.

Ego autem Gundulfus, licet indignus mitiſſimi Sanctorum Andreæ apoſtoli Vicarius, Roſenſium tamen vocatus epiſcopus, hanc noſtræ devotionis inſtitutionem, & regiæ auctoritatis confirmationem, immo domni Anſelmi archiepiſcopi ſanctionis excommunicationem, & ore & toto corde confirmo. Et ut inperpetuum integra & inviolata permaneat, ſigno crucis Chriſti vice piiſſimi Sanctorum Andreæ apoſtoli eam conſigno & corroboro. Quicunque ergo audaci temeritate, aut temeraria præſumptione illam ulterius ſcienter violaverint, apponat ac præponderet dominus illam eorum ſacrilegii iniquitatem ſuper omnes alias iniquitates eorum. Et niſi ad ſatisfactionem venerint, deleantur de

1. Sic. libro

libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur, & in die juſtæ & æternæ retributionis cum ſiniſtra parte poſitis ſubeant ſententiam diſtrictæ ultionis. Amen. Amen. Amen. [Fol. 220

Signum ✠ Henrici regis. Signum ✠ Anſelmi archiepiſcopi. Signum ✠ Gundulfi epiſcopi hujus eccleſiæ. Signum ✠ Matilldis reginæ & filiæ Anſelmi archiepiſcopi. Signum ✠ Rodberti Lincolienſis epiſcopi. Signum ✠ Waldrici Cancellarii. Signum ✠ Willelmi de Wereleuuaſt. Signum ✠ Rodberti Comitis de Mellent. Signum ✠ Henrici Comitis de Waruic. Signum ✠ Giſleberti de Tonebrigge. Signum ✠ Rodberti filii Haimonis. Signum ✠ Rodberti filii Balduuini. Signum ✠ Willelmi de Albigneio. Signum ✠ Rodberti de Monteforti. Signum ✠ Eudonis Dapiferi. Signum ✠ Alani filii Flathaldi.

Anno ab incarnatione Domini M°. C°. III°.

Cap. 212.

Facta eſt hæc confirmatio Cantuarberiæ. II. Nonas Martias. } R. I.

HÆ ſunt conſuetudines, quæ debentur à domino Cantuarienſi epiſcopo Roffenſi, videlicet cum ad peticionem archiepiſcopi aliquo proficiſcitur epiſcopus, quotquot diebus iter fecerit in eundo ut moram faciendo, &

redeundo ſingulis diebus percipiet xx. ſolidos ſterlingorum. Similiter archiepiſcopatu vacante cum officium epiſcopale exercuerit. Quod ſi cum archiepiſcopo ierit, in optione erit arch̄ vel ei omnia neceſſaria invenire, vel ut ipſe & clerici ſui & ſervientes ad menſam cum eo comedant, & ad veſperam habebit duos cereos ydoneos, & IIII^{or}. majores candelas & xxv. minores ad minimum. ſ. xxv. equitaturarum, & vinum & cerviſiam abundanter, & v. ſolidos ſingulis diebus ad familiam & equos. Si autem archiepiſcopus non potuerit, aliqua cauſa interveniente, officium ſuum exercere, vel archiepiſcopatus vacaverit, vices ejus ſupplere debet Roff. eodem Cant. tam in conſecrationibus regum quam epiſcoporum, & in aliis omnibus ad officium archiepiſcopale ſpectantibus cum prædicta procuratione.

Cap. 213.

R. I. De numero eccleſiarum Rofenſis epiſcopatus, & de reddittibus quos ſingulæ reddunt quando accipiunt ſanctum criſma à matre eccleſia epiſcopatus.

Beantefteda. Bitteberga. TONEBRIGGA reddit novem denarios. Barindena. IX. den̄. * Ealdinga. IX. den̄. * Leaga. IX. den̄. Brænceſle. IX. den̄. Horſbundenne. IX. den̄. Theudelei. IX. den̄. Lambur-

burherſte. ix. den. Peppingeberia. ix. den.
Speldherſte. ix. den. Wotringaberia. ix. den.
Eaſtpecham. ix. den. Weſtpecham. ix. den.
* Eaſt Fearnlega. ix. den. Becceham ix. den. Liluituna.
Trotteſcliui. ix. den. Ciſelherſte. ix. den. Cu- cap. Anfridi.
dena. ix. den. Æiſcherſte ix. den. * Ailesford. Cuſintu-
ix. den. * Berlingis. ix. den. Meallingis. ix. na.
den. Codeham. ix. den. Reierſce ix. den. Pædlef-
Offeham. ix. den. Dictuna. ix. den. Huntin- wrtha.
tune. ix. den. Netleſteda. ix. den. Burcham
ix. den. Wldeham ix. den. * Sancta Margarita Heſcin-
ix. den. Cættham ix. den. Sanctus Clemens dena.
ix. den. Cucleſtena ix. den. Hallingis ix. den.
Snodilande ix. den. * Wroteham ix. den. Mea- Stanteda.
peham ix. den. Penneſherſt ix. den. Ehteham
ix. den. Eadintuna. ix. den. Liſna ix. den.
Leueſeham ix. den. Erde vel Earhethe ix. d. L Sol: 221.
Wilmentuna ix. den. * Lullingeſtuna ix. den. vel Lullingeſtan.
Le ix. den. Mæruurtha ix. den. Weſterham.
ix. den. Watlande. ix. den. Ciuilinga ix. den.
Æinesford ix. den. Cimiſinga ix. den. # Wi- # Sela
cham ix. den. Bradeſteda ix. den. Færninge-
ham. ix. den. Hæſelholte ix. den. Readlega
ix. den. Æiſce ix. den. Herdei ix. den. Sun- Herclei
dererſce. ix. den. Mapeldreskampe. ix. den.
Heure. ix. den. Scorham ix. den. Hludeſdune.
ix. den. Otteford ix. den. Rokeſle ix. den.
Leleburna ix. den. Culinga ix. den. Iuelda
ix. den. Cidingſtane ix. den. Terſtana ix. den.
Æilentune ix. den. * Freondesbyri ix. den. Strodes.

Lilecirce

Æſlinge-ham. Lilecirce IX. den. Heahham IX. den. Cobbe-
Thorn-dun. ham IX. den. * Scorene IX. den. Halgeſto IX.
Mereſ-tune. den. Hnutſtede IX. den. Sancta Wereburh de
Hou IX. den. Dereuuoldes treow IX. den. Ord-
mæres circe de Hou IX. den. Dodes circe IX.
den. Deremannes circe de Hou IX. den.
Weſtclive. * Cliue IX. den. Falkenham IX. den. Denituna
IX. den. Meletuna IX. den. Graveſænde IX.
den. Eadelmesbrege IX. den. Stokes IX. den.
* cap. Fe-arnberga. Grean IX. den. * Cilesfeld IX. den. Celca IX.
den. Northcræi. IX. den. . . . . Rodulfes
cræi. IX. den. Foteſcræi IX. den. Norðfleo-
otes IX. den. Suðfleotes IX. den. Bixle IX. den.
Grete-nerſce. * Suaneskampe. IX. den. Halteſteda IX. den.
Helle. * Derente IX. den. Derteford IX. den. Suð-
derente IX. den. Suðtuna IX. den. Stanes IX.
den. Orpintuna IX. den. Hortune IX. den.
Chite-broc. Plumſtede IX. den. Bromlega IX. den. Ælthe-
Comba. ham IX. den. Wicham IX. den. * Cerlentune
Grenic. IX. den. * Greneuuic IX. den. Weſt Grene-
Lidiſinga. uuic IX. den. Wleuuic IX. den. * Gillingeham IX.
Sanctus Leonar-dus. den. Bearmlinges IX. den. . . . . IX. den.
Seouenaca IX. den. * Meallingetes. IX. den.

R. I. De capellis.

Bitteberga reddit ſex denarios. Chitebroc. VI.
den. Comba VI. den. Strodes. VI. den. Capella
de Hou VI. den. Halgelei VI. den. Æſlingeham
VI. den. Weſt Cliue VI. den. Grenic. VI. den.
Stanſtede VI. den. Lindiſinge. VI. den. Merſc-
tuna VI. den. Lullingeſtana. VI. den.

Heſcen-

[Heſcendena. Bearmlingetes. VI. den. [Fol. 222.
Cuſintune. Beanteſteda. Craie.
Cretenerſce. Scriburna. Helle. VI. den.
Fearnberga. VI. den. Sanctus Leonardus.
Lilintuna. Sancta Maria de Caſtello.

CAP. 214.

Quid pro defunctis ſociis noſtris facere debemus. R. I.

PRO monachis eccleſiæ Chriſti Cantuariæ VII. officia plenaria, & XXX. diebus verba mea, & unus quiſque ſacerdos VII. miſſas, alii pſalmos.

Pro monachis Sancti Auguſtini Anglorum apoſtoli tria officia in conventu.

Pro ſanctimonialibus de Mellingis quantum pro monacho eccleſiæ Chriſti Cantuariæ.

Pro monachis Sancti Martini de Bello IIIª. officia in conventu ſine verba mea, & unuſquiſque frater. VII. miſſas, alii pſalmos, pauperes tres reficiantur una die.

Pro fratribus Bermundeſienſibus tria officia in conventu, unuſquiſque ſacerdos unam miſſam, alii L. pſalmos, pauperes. III. reficiantur una die.

Pro monachis Sancti Petri Ueſtmonaſterii. III. officia in conventu, unuſquiſque ſacerdos. I. miſſam, & alii L. pſalmos.

Pro

Pro monachis Sancti Johannis Coleceſtriæ. IIIª. officia in conventu, quiſque ſacerdos unam miſſam, alii L. pſalmos.

Pro monachis Sancti Eadmundi. III. officia in conventu, quiſque autem ſacerdos. VII. miſſas, alii pſalmos, pauperes tres reficientur die una, verba mea non dicatur.

Pro monachis Elienſibus quantum & pro monachis Sancti Eadmundi facimus in conventu & extra.

Pro monachis Sanctæ Trinitatis Noruuicenſis cœnobii. VII. officia plenaria, & xxxª. diebus verba mea, unus quiſque ſacerdos. VII. miſſas, alii pſalmos.

Pro monachis Sancti Albani. VII. officia plenaria, & xxxª. diebus verba mea, & unus quiſque ſacerdos tres miſſas, alii pſalterium unum.

Pro monachis de Egneſham. VII. officia in conventu, & xxxª. diebus verba mea, & unuſquiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalmos.

Pro monachis Sancti Petri de Batha. IIIª. officia in conventu, & xxxª. diebus verba mea, quiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalmos.

Pro monachis Sanctæ Mariæ de Malmesberia
Fol: 223. [tres miſſas in conventu, quiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalmos. Pro epiſcopo autem noſtro ipſi facient VII. officia in conventu, & xxxª. diebus verba mea, quiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalmos, & nos itidem pro Abbate ipſorum.

Pro

Pro fratribus eccleſiæ Sancti Petri Gloacenſis. VII. plenaria officia in conventu, & XXX^a. diebus verba mea, quiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalmos.

Fratribus Roſenſis eccleſiæ debent Wincelcumbenſes unuſquiſque privatam unam miſſam, in conventu vero tria officia plenaria, panis & potus uno tantum die dabitur.

Pro monachis Tethochenſibus. VII. officia in conventu. Pro epiſcopo autem noſtro illi. VII. officia, & XXX^a. diebus verba mea, & nos itidem pro abbate ipſorum.

Pro monachis Wigornenſis eccleſiæ. III. plenaria officia in conventu. Et pro epiſcopo utroque & pro magiſtro priore. VII. officia plenaria in conventu, & XXX^a. diebus verba mea.

Fratribus eccleſiæ Roſenſis debent Perſorenſes VII. plena officia in conventu, & unuſquiſque frater. III. miſſas, alii pſalterium unum.

Pro monachis de Abendune. VII. officia in conventu, & XXX^a. diebus verba mea, & unus quiſque ſacerdos. III. miſſas, alii pſalterium unum.

Pro monacho Beccenſi. III. officia in conventu, & XXX^a. diebus verba mea, ſinguli tres miſſas, & alii pſalterium unum.

Pro monachis Sanctæ Trinitatis Fiſcanni. III^a. officia in conventu, quiſque frater. VII. miſſas, alii pſalmos, verba mea non dicatur.

Similiter & pro monachis Sancti Audoeni Rotomagenſis cœnobii.

Pro monachis Sancti Martini Sagii agimus. III^a. officia in conventu, cum brevis inde advenerit. Sive autem brevem habuerimus ſive non, uno quoque anno. III. officia in conventu poſt octavas Pentecoſtes.

Similiter & pro monachis Sancti Martini Troarni.

Similiter & pro monachis Sancti Petri Pratellis.

Similiter & pro monachis Sancti Taurini Ebroicenſis.

Pro monachis Milidunenſibus. III^a. officia in conventu.

R.I. CAP. 215. uſque 220.

Catalogus librorum, ubi recenſentur liber domni Lanfranci archiepiſcopi contra Beringerium in 1. vol.

Fol: 224 – 230 Item liber ejuſdem contra Felicianum.

Liber domni Anſelmi archiepiſcopi, cur deus homo, etc. & liber de Aſſeneth, cum quibuſdam aliis opuſculis in. 1. vol.

Item liber ipſius de Trinitate in 1. vol.

Item liber ipſius contra 5. hereſes, & ſermo ejuſdem de mulieri forti.

Memd. de Cap. 219.

CAP.

Cap. 220.

Domno Aſcelino Rofenſi epiſcopo, & Radulfo caſtellano & omnibus civibus Roueceſtriæ, totique hundred de Scamele, Ernulfus de Chielsfelda ſalutem. Notum vobis ſit, quod ego Ernulfus, & Agnes uxor mea, & Symon primogenitus & heres meus, & Helyas clericus, & Hugo miles filii mei, donationem, quam Ernulfus de Strodes, homo meus, Sancto Andreæ, & monachis de Roueceſtria, pro filio ſuo, in eccleſia Rofenſi ad monachatum ſuſcepto dedit, partem ſcilicet terræ ſuæ, quæ Pinindene vocatur, & terram illam quam in ſuo dominico habebat in alio loco, qui vocatur Godriceſdune, liberam ab omni ſervicio, & quietam æterno jure monachis eiſdem poſſidendam conceſſimus. Quod ſi prædictus Ernulfus, aut aliquis heredum aut ſucceſſorum ejus à ſolito, quod michi de feudo ſuo debet, ſervitio defecerit, à reliqua, quam de me tenet, terra exigetur, elemoſina autem ab omni exactione & querela & calumnia libera permaneat. Et hanc quidem conceſſionem pro ſalute animæ meæ, & uxoris, & liberorum, & patris, & matris meæ bono & devoto animo feci, & ſigno ſanctæ crucis ✠ proprioque ſignavi ſigillo. Cujus rei teſtes ſunt, Syuuardus presbyter, Symon, Hugo, Elyas filii Ernulfi, & Agnes uxor ſua; Samſon frater, deest ſcutum.

Ricardus nepos domini, Adalulfus miles, Willelmus dapifer, Ernulfus diſpenſator, Haimo Brito, Ernulfus clericus, Rainaldus ſecretarius, Ricardus de Clouilla, Elfuuinus catere, Rodbertus filius Bunde, Godefridus nepos Goiſlani, Robertus cognatus Clementis monachi, & alii multi, anno ab incarnatione Domini M.C.XL.III. hæc* etc.

Fol: 231

CAP. 221.

Fol: 232. R.I. Kanc. WARDA aſſeſſa per dominum Willelmum de Clynton. Com R.I. Huntyngton. Johannem de Cobeham & Thomam de Aldon in com. Kanc. ſuper coſteram maris anno regni Ed. tercii undecimo.

R.I. —— Videlicet apud la Yenlede in Hoo.

	Prior Roffen.	III. homines ad arma.
qu.	Philippus de Pimpe miles	II. homines ad arma.
	Thomas Malmayns	II. homines ad arma.
	Johannes de Frenyngham	II. homines ad arma.
	Stephanus de Dalham	I. hominem ad arma.
	Thomas Walram	I. hominem ad arma.
	Johannes Giffar	II. homines ad arma.
	Henricus de Greffort vel al. nomine ſuo.	I. hominem ad arma.

R.I. Hobeler s ſuper eandem Wardam.

Rogerus de Eſtcheker.
Johannes atte Forde.

* Ita convenit inter nos, & dominum Stephanum Ridel de Ves: Roberma de Ifeld, q nos habebimus dimidium frumentum, & tertiam partem Ordei & Avenæ. Ipse vero de piſis, de fabis & vaccis nil percipiet, ſed nos totum. Fol: 232.

Robertus Vyannde.
Henricus Lomer.
Robertus le Ram.
Joh Mortemere de Clyue.
Michael Sunna de Hieham. *Surman*

Summa hujus Wardæ. XII. homines ad arma. VI. hobelers. } R. I.

Vigilia Merimite ſuper coſteram maris per homines diverſorum hundredorum & villatarum in com Kanc. ſicut in antiquo tempore fieri conſuever. } R. I.

R. I. ---- videlicet ut ſequitur.

R. Vigil. Hundr. de Hoo IX. homines de vigilia facienda la Yenlede, videlicet de dicto [1] hundredi de Hoo. II. de Mallyng. I. de [Shamele. V. de Dertford. I. [Fol. 233.

R. I. ---- Vigil. de Shapeya

Juxta Feverſham debet fieri de XXXIII. homines, unde de Millton & Merſdenne. XXV. de Bottonne. III. de Faverſham. V. *Merdenne* *Bottoune*

R. I. Vigil. apud Dengemerſh per XII. unde per VII. hundr omnes.

R. I. Vigil. apud Cawle per V. homines, unde de hundr de Milton & Merſdenne. *Merdenne*

R. I. Vigil. apud Greyſton per XII. homines, unde de Whitſtapille I. de Glengate III. de Kynghamford. II. de Weſtgate. II. de Dunhamforde. II. de Brugge. II.

1. Sic.

Vigil.

R. I. Vigil. apud Elmes per VI. homines, unde de Sancto Martino. II. de Oxonie. I. de Aleſwesbregg. II. de Langeporte. I.

R. I. Vigil. apud Grodhull' [1] VI. homines, unde de Strete & Worthe. IIII. de Newcherch I. de Hamme I. de Hean. I.

R. I. Vigil. apud Sebrok per XII. homines, unde de Longbrige & Schort III. de Calehill III. de Bircholt I. de Wy. V.

R. I. Vigil. apud Stangate per VI. homines, unde de Fulſtane. IIII. de Nonyngbregh. I. de Stoutyng. I.

R. I. Warda de Shepey. videlicet apud la Swale.

R. I. — Capit. Humfrid. de Northwode II. homines ad arma.

R. I. — Conſtab. Thomas Rokeſle II. homines ad arma.
Johannes de Morſton' I. hominem ad arma.

R. I. Obelers ſuper eandem Wardam.

Laur' de Oteryden.
Bernardus Ponch.'
Johannes filius Ricardi Grauene.

R. I. { ---- Summa hujus Wardæ. v. homines ad arma.
III. Obeleres.

R. I. Warda apud Rodmere in eadem.

R. I. — Capit. Prioriſſa de Shepey III. homines ad arma.

1. Sic.

Willel-

[1] Willelmus de Middelton.
Bartholomæus de Watton.
Joh. Peyforer de Shepeye.
Summa hujus Wardæ III. homines ad arma.
III. Obeleres ſuper eandem Wardam. } R. I.

R. I. ---- Warda apud Wardene in eadem.

R. I. —Capit. Abbas de Boxle II. homines ad arma.
Margareta, quæ fuit uxor Willelmi de Ore, I. hominem ad arma.
R. I. Conſtab. Robertus Cheyne [2] I. homines ad arma.

R. I. Obeleres ſuper eandem.

Stephanus Bec Londinenſis.
Johannes Frendeſted.
Henricus Joh. erd.
Summa hujus IIII. homines ad arma, & III. oblarii. R. I.

R. I. Warda apud Moſehole in eadem.

R. I. —Capit. Prior de Ledis III. homines ad arma.
[3] Rob. de Folgſtone.
Bartholomæus Sannage.
Thomas Sannage. *Sannage*
Johannes Donkyn.
Summa hujus III. homines ad arma. [4] III. oblarii. R. I.

R. I. Warda apud Ride in eadem.

R. I. —Capit. Matilda del idle. [5] I. homines ad arma.
Domna Johanna de Boclone [6] I. homines de arma.

1. Iſti tres ſunt Oblarii. 2. Sic. 3. Quatuor iſti ſunt Oblarii. 4. Sic. 5. Sic. 6. Sic. R. I.

R. I. Obileres.

Joh. de Bladechyld.
Walterus de Wyſe.
Rogerus de Northwode.
mil. ſuper vic. in tota inſula.
Summa hujus II. homines ad arma, & IIII. oblarii.

R. I. Warda apud Greyſton.

R. I. — Capit. Stephanus de Cobham miles.
R. I. Conſtab. Willelmus de Den miles.
Johanna uxor Thomæ Feverſham II. homines ad arma.
Margareta Chaimpayne II. homines ad arma.

R. I. Hobilleres.

Arnoldus de Eſelyng.
Michael de Bromly.
Robertus atte Berton.
Johannes de Eſtur.
Hamo de Herſt.
Johannes de Sobbyng.
R. I. Summa hujus wardæ IIII. homines ad arma.
VI. obillers.

R. I. Warda apud Tenet.

Fol: 234. Abbas Sancti Auguſtini XII. homines ad arma.
Magiſtro Henr. de Shorne II. homines ad arma.

R. I. Hobileres.

Johannes Shereue.
Robertus Shereue.

Willel-

Willelmus de Manſtone.
Henricus Thome Poſyn. Hœr'
Laurencius de Sancto Nicholao.
Petrus Heyward.

Summa hujus wardæ xiiii. homines ad arma, & vi. hobilers. } R. I.

Warda inter Sandwych & ſanctam Margaretam apud Dale.

R. I. Cap. Prior eccleſiæ Chriſti Cantuar. x. homines ad arma.
Johannes Malmayns miles. ii.
Magiſter Nicholaus de Sandwych ii. homines ad arma.
Magiſter Johannes de Walmere i. hominem ad arma.
Johannes de Goſehale i. hominem ad arma.
Nicholaus filius Thomæ Sandwych i. hominem ad arma.
Thomas Chych i. hominem ad arma.
Conſtl. Johannes Sandreſt i. hominem ad arma.
Thomas filius Johannis Rethyng i. hominem ad arma.

R. I. Hobillers.

Henricus Thorton.
Ricardus Rethyng.
Johannes Soles.
Thomas de Alcote.
Thomas de Goodwinſton
Henricus Danyell
Johannes Petit.
Johannes Foulemede.
Henricus Bradelond.
Johannes Shelmyng. Shelvyng

Edū s Stabilgate.	Johannes Erde jun.
Willelmus Bertoun.	Willelmus Langle.
Ricardus Goodwyn.	Thomas Gretyng.
Ricardus filius Bernardi.	Aigell Whetaker.
Johannes Betleſhangre.	Thomas Chelnyng.

R. I. { Summa hujus Wardæ. xx. homines ad arma. xx. hobillers.

R. I. Ad huc de eadem Warda apud Walmer.

Abbas de Langdone I. hominem ad arma.
Prior Sancti Gregorii II. homines ad arma.
Prior de Douor III. homines ad arma.
Abbas Sanctæ Radagundæ III. homines ad arma.
Magiſter domus dei Douor II. homines ad arma.
Abbas de Feverſham II. homines ad arma.

R. I. Hobillers.

Johannes Peny.
Johannes Polre.
Willelmus Whitefeld.
Johannes filius Johannis Chuth.
Johannes Perotte.
Robertus Greneſtede.
Jacobus Kyngeſſnode.
Eudo Shyllyinghelde.

Pro-

Profeſſionum antiquorum

ANGLIÆ EPISCOPORUM

Formulæ de canonica obedientia

ARCHIEPISCOPIS

Cantuarienſibus præſtanda.

E Collectaneis MSS. Viri Doctiſſimi

THOMÆ SMITHI, S. T. P.

Penes Editorem, Vol. LXXVI. p. 19.





Profeſſionum antiquorum Angliæ Epiſcoporum formulæ de canonica obedientia Archiepiſcopis Cantuarienſibus præſtanda.

IN nomine Altithroni conditoris Regis æterni. Ego Hereuuinus, humilis Criſti famulus, licet indignus, ad Epiſcopalem Licifeldenſis eccleſiæ ſedem electus ad regendam eam [1] deoqui ſervandam, ſuppliciter confiteor, cum omnipotentis Dei auxilio, et quantum voluerit mihi gratia ſuperna ſapientiam revelare, & vitam commodare in hoc ſeculo, quod ego ſanctæ Salvatoris mundi Dorobernenſi eccleſiæ, et venerando Patri Uulfredo archiepiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus, quem ſuperna providet gratia & nobis prædeſtinat in [2] patriem, devota et fideli mente ſemper deſervire et obedire deſidero,

1. F. *deoque.* 2. F. *patrem.*

ſtabi-

ſtabilemque me eſſe, permanentem, ſine aliqua diſſimulatione et diſceptatione, omnibus diebus, quamdiu ſpiritus eſt in n̄aribus meis, et vita comes fuerit, nunquam me declinare ad dexteram neque ad ſiniſtram ab illa ſede ſancta Dorobernenſis eccleſiæ, quæ caput eſt totius gentis [1] Angliorum, ſed ſine aliquo ſcrupulo diabolicæ fraudis, et humili devotione, et ſincera mente illi præfato Patri Uulfredo archiepiſcopo, et ſucceſſoribus ejus, quem divina gratia ad illam ſanctam ſedem prædeſtinat epiſcopum, deſervire, et obedire omnibus viribus meis, Deo omnipotenti confiteor, et illam ſanctam apoſtolicam fidem, quam Patres noſtri divina ſimul et humana, ſicut prædeceſſores mei ipſi ſanctæ ſedi eccleſiæ Criſti ſubjuncti ſunt, ſemper ſervare me velle humiliter per omnia fateor. Et quod illi hîc et ibi juſte plebi Dei prædicaverunt et cuſtodiendo inpleverunt, hoc prædicare et obſervare non ceſſo favente & volente pio Domino Salvatore noſtro Jeſu Criſto. Hanc ſcriptam paginam ego Hereuuinus mea propria manu cum vexillo Sanctæ Crucis Criſti ſubſcribo et confirmo.

Legoraciſ

Profeſſio Rethuni Legoracenſis Epiſcopi.

CUM enim inviſibilis Deus Creator omnium, pro ſua pietate et pro maxima neceſſitate humani generis, mundo per carnem viſibilis

1. Sic.

viſibilis apparuit, atque Sanctam Catholicam Eccleſiam ſacro ſuo ſanguine comparavit, eamque per Sanctos Apoſtolos electoſque Doctores rectam in eum docuit fidem habere; poſtea mos ſanctæ eccleſiæ inolevit, ut, quando alicujus provinciæ [1] epiſcopis aut de ſeculo migraret, aut alia qualicunque conditione Deus voluiſſet, ut, eo vivente, ad illam Parochiam novus inſtitueretur epiſcopus, libellum ſuæ confeſſionis ſuæque fidei atque ejus obedientiæ ſinceriter ſuo metropolitano debuiſſet offerre: qua propter ego Hrethuinus, licet indignus, ad Epiſcopalem Legoracenſis Eccleſiæ ſedem electus, humiliter coram omnibus Sanctis profiteor Sanctam & adorandam Trinitatem veramque unitatem, atque totam illam Eccleſiaſticam fidem, quam Orthodoxi et probabiles patres ſanxerunt, me vita comite credere, cuſtodire et prædicare. Necnon et ſpondeo me ipſum ſacra ſemper Canonum inſtituta, ac veneranda pontificum decreta, in quantum ſeptiformis Spiritus mihi ſcientiam contulerit, uſque ad calcem vitæ meæ ſervare, et ſemper cum paſtore Criſto pro ejus ovibus contra lupinos morſus et tirannorum incurſiones ſtare et dimicare. Tibique, venerande pater Uulfrede archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus, atque tuæ metropolitanæ ſanctæ Dorobernenſi Eccleſiæ, me ſemper humili devotione obedire velle profiteor uſque ad finem

1. F. *epiſcopus.*

vitæ

vitæ meæ, ſtabilemque me eſſe permanentemque ſine aliqua diſſimulatione et diſceptatione. Tuamque adhuc paternitatis clementiam quaſi curvatis genuum poplitibus ſupplex humilis per Criſtum obſecro, ut [1] tuo ſacerdotali auctoritate meorum commiſſorum pondera, Criſto Jeſu patrocinium pietatis præſtante, deleas et indulgeas, meque ſemper ſummo patri docere, erudire et cuſtodire dignare Criſto Jeſu Domino noſtro. Ego Rethunus Presbiter et Abbas atque electus primum Cartulam hanc meæ confeſſionis, et fidei, atque humilis obedientiæ tibi Reverentiſſimo Patri Uufredo, tuiſque ſucceſſoribus me ſemper in poſterum ad Doroberniam civitatem quaſi vadem firmam humiliter me ipſum trado. Et hoc quoque mea propria manu cum vexillo Sanctæ Crucis Criſti confirmabo, et ſubſcribam. Conſervet nos in pace Criſti clementia. Amen.

Profeſſio Eadulfi Eboracenſis archiepiſcopi.

Quoad Synchroniſmū non bēnē conveniunt.

DOMINO meo vere amantiſſimo Ethelardo archiepiſcopo, Eadulfus Eboracenſis humilis [2] epiſcopis tuuſque amicos, perennem in Domino ſalutem. Solet namque ſancta Eccleſia, juxta normulam paternæ traditionis, glorioſiſſimis verbi prædicatoribus, ſcilicet epiſcopis, ex hac luce migrantibus, alios iterum, Deo

1. L. *tua.* 2. L. *epiſcopus tuuſque amicus.*

auſpice,

auſpice, in regimen Criſtianæ plebis præſules promovere. Quatinus per eos interim fides ſancta [1] augeater, et verbum Dei non deficiat, ſed magis creſcat et currat, et [2] multipliceter in laudem et gloriam Domini noſtri Jeſu Criſti, ſecundum illud Pſalmiſtæ: *Pro Patribus tuis nati ſunt tibi filii.* Cujus videlicet Epiſcopi, quiſquis ille eſt, fides primum diſcutienda eſt, ſi de Domino bene ipſe ſentiat quod aliis prædicare conatur: ac ſic paulatim quæritur; ſi docibilis, ſi moribus [3] temperatur, ſi ſobrius, ſi vita caſtus, ſi humilis, ſi affabilis, ſi miſericors, ſi litteratus, ſi in lege Domini inſtructus, ſi in Scripturarum ſenſibus cautus, ſi in Dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus. Ad hæc tibi, amantiſſime pater, me idoneum, ut fertur, non eſſe reſpondeo: tamen quantum in me puræ fidei cognitionis eſt, tibi ocius expedire curabo. Credo Deum Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, atque in Trinitate Deum plenum confirmans, et totas tres Perſonas unum Deum: incarnationem quoque Divinam non in Patre factam, neque in Spiritu Sancto, ſed in Filio tantum, ut qui erat in Divinitate Dei Patris filius, ipſe fieret in homine hominis Matris filius, Deus verus ex Patre, homo verus ex Matre; qui eſt unus Deus, Creator omnium quæ ſunt cum Patre et Spiritu Sancto, qui paſſus eſt vera carnis paſſione, et reſurrexit vera carnis reſurrectione, et

1. L. *augeatur.* 2. L. *multiplicetur.* 3. L. *temperatus.*

animæ reſumptione, in qua veniet judicare vivos ac mortuos judicio perenni. Hoc abſque ambiguitate credo, hoc laudo, hoc confiteor, et per populos prædicare deſidero. In hujus etiam ſummam profeſſionis à reverentiſſimo Ethelardo Pontifice eruditus, Pontificatus licet indignus promerui dignitatem. Cujus etiam, quanto tempore aura veſchar ætherea, juſſionibus non reluctor, ſed ſemper obedientiæ meæ humilis colla ſummitere curabo tibi, Ethelarde archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus inperpetuum. Et ſi diverſi quondam diverſa [1] ſectarenter, meæ ſaltem obtemperantiæ ſervatur diligentia, unde honoris experientiam percepturus ſum, ac gloriofiſſimi quique gentis noſtræ præſules perceperunt. Nec ab re eſt, ſi ad epiſcopalem beati Auguſtini ſedem, cui pius præſidet Ethelardus archiepiſcopus, non ego tantum, ſed et omnis mecum præſules proſpiciant ad Doroberniam civitatem, unde nobis omnibus eccleſiaſticæ dignitatis ordo, Beato Gregorio dirigente, miniſtratur. Sed te precor, amantiſſime pater, ut quem ſolita pietate rudimentis fidei imbuiſti, tua paterna benedictione non deſeras: ut quos affectuoſa junxit familiaritas, beata remuneratio non ſeparet ſempiternos. Hanc præſcriptam paginam ego Eadulfus epiſcopus mea propria manu cum vexillo Sanctæ Crucis Criſti confirmabo et ſubſcribo. Opto bene valeas, pa-

1. L *ſectarentur.*

ter

ter beatiſſime, ſemper. Plurimis annis incolumitatem veſtram gratulabundus audire merear.

Profeſſio Deneberti Wicciorum epiſcopi.

PIISSIMO proſatori, atque in didaſculatus ſullimiſſimo Ordine amantiſſimo, Ethelardo Archiepiſcopo, Ego Denebertus, electus ſervunculus ſervorum Dei, perennem in Domino ſoſpitatis ſalutem. Scio [1] enem vere, quod me, tam indignum, Eccleſiæ, quæ eſt in provincia Huvicciorum, cum epiſcopatus officio præeſſe juſſiſti, quia michimet ipſe concius ſum, quod neque ſecularium rerum ſcientia promptus ſim nec divinis. Quod his omnibus majus eſt, ſpiritalibuſque ornamentis niſi paucis tantumodo inſtructus ſum, ut tanti honoris prærogativa extollar. Sed quia peritorum eſſe ſolet Dei domeſticorum, ut excellentia tuæ ſagacitatis novit, bene divertendi ab iis quæ ſunt male acta, et [2] aſſuetos faciendi quæ ſunt perfectorum inſtrumentis propalata: qua de re, omiſſis retroactis piaculorum retinaculis, quæ quantæ vel qualeſcunque receſſerunt perlongum eſt intendere modo, nunc autem cum prædeſtinantis Dei auxilio, et tuæ vere ſanctæ juſſionis fulcimine, cum omni humilitatis ſumiſſione tantum culmen præſulatus accipiam, atque obnixe geniculans obſecro paternitatis tuæ almitatem, uti

1. Sic. 2. Hunc plane in modum hæc concipiuntur in MS. noſtro.

me ſigno, vel [1] indigno diſcipilo utillimæ opitulationis ſolacium, tam in rebus fugacibus ſaluberimæ quam etiam in ſullimiſſimis divinorum dogmatum, cum tua divinitus conceſſa poteſtate impendere digneris. Ego autem, juxta ritum ſacri noſtri Canonis, et ſecundum eccleſiaſticam regulam, quemadmodum jurium poſſibilitas permittit, omnem obedientiæ famulatum cum intima cordis devotione, una cum omnibus qui mecum ſunt in Domino, tuis piis præceptis exhibiturum eſſe veridico fine tenus profiteor ore; inſuper et Orthodoxam, Catholicam, Apoſtolicamque fidem, ſicut didici, paucis exponam verbis, quia ſcriptum eſt: Quicunque vult ſalvus eſſe, ante omnia opus eſt illi ut teneat Catholicam fidem. Fides autem Catholica hæc eſt: ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur. Neque confundentes perſonas, neque ſubſtantiam ſeparantes. Alia enim eſt Perſona Patris, alia Filii, alia [2] Spiritu Sancti. Sed Patris et Filii et Spiritus Sancti una eſt Divinitas, æqualis gloria, coæterna Majeſtas. Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius [3] et Patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus. [4] Spiritu Sanctus à Patre et Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. In hac Trinitate nichil prius aut poſterius: nichil majus aut minus, ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt et coæ-

1. Sic. 2. Sic. 3. L. *à Patre.* 4. Sic.

quales.

quales. Ita ut per omnia, ſicut ſupra dictum eſt, et Trinitas in Unitate, & Unitas in Trinitate veneranda ſit. Suſcipio etiam decreta Pontificum, et ſex Synodos Catholicas antiquorum heroicorum virorum, et præfixam ab eis regulam ſincera devotione conſervo. Hæc eſt fides noſtra, Evangelicis et Apoſtolicis traditionibus atque auctoritate firmata, et omnium, quæ in hoc mundo ſunt, Catholicarum Eccleſiarum ſocietate fundata. In qua nos per gratiam Dei omnipotentis permanere uſque ad finem vitæ hujus confidimus et ſperamus. Amen. Trinitas [1] inſeperabilis unaque Deitas ac ſempiterna Societas vos ab æthrali arce protegens,potentiæ fine tenus orantes pro nobis feliciter defendat. Necnon etiam, pater beatiſſime, almitati tuæ Sanctitatis veridica profeſſione confiteor Dorobernenſi eccleſiæ ſtabile Obedientiæ meæ præceptum præbere, votorum meorum ſine ulla ambiguitate, uſque ad calcem vitæ meæ perſeverando ad illam prædictam ſedem tibi, Ethèlarde archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus perenni titulo crucis Criſti firmando roborabi. Bene valete.

Profeſſio Uulfardi Herefordenſis epiſcopi.

IN nomine Dei ſummi fateor tibi in primis,o Ethelarde ſumme Sacerdos, ego [2] Uulfardus, gratia

1. Sic. 2. Sic.

gratia Dei humilis Herefordenſis eccleſiæ epiſcopus, quod abſque omni ambiguitate credo in primum, in noviſſimum Deum unum ac verum, trinum Perſonis, unum Subſiſtentia, qui eſt Pater et Filius et [1] Spiritu Sanctis. Deus unus, incomprehenſibilis, inæſtimabilis, ineffabilis, inviſibilis, quia quod eſt et quod erit hoc ſemper fuit, qui ſemper eſt, quia in Deo iteratio non eſt, ſed ſemper Trinitas ſimilis in æternum perfectio eſt. Sicut ipſe de ſe teſtatur dicens: *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt, cui Cœlum ſedes eſt, et terra ſcabellum pedum ejus.* In hac profeſſione fidei ſacerdotale officium ejus, de quo loquimur, dono percipio, et hanc ſemper obtemperantiæ ſemitam ad Metropolitanam Dorobernenſis eccleſiæ ſedem vita comite ſubſequi ſatago, ſine aliqua diſſimulatione et ambiguitate tibi, Ethelarde archiepiſcope, tuiſque ſucceſſoribus ſignaculo Sanctæ crucis Criſti firmando roboravi. Hanc Patres ſecuti ſunt, hanc filios ingredi et obſervare neceſſe eſt.

Profeſſio Sciraburnenſis epiſcopi.

ATHELARDO archiepiſcopo confeſſio fidei breviter dicenda, ſed tamen firmiter tenenda. *Eſt enim fides ſperandarum rerum argumentum, non apparentum*, ut Apoſtolus ait. Habeo namque unam Trinitatis Majeſtatem in Anima mea conditam, ut Job de reſurrectione.

1. Sic.

Eſt

